



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

Articvlvs V. Contra primum Decalogi Praeceptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

tem, ita & Nobis Majores nostri, & illis sui tradidere Majores: Qui hunc & hos non sequuntur, digni sunt reprehensione Hugonis Victorini lib. 3. Miscell. docere Magistros, arguere seniores, imperare majoribus, superbi spiritus est, & de se ipso presumentis.

ARTICVLVS V.

Continens propositiones probabiles contra primum Decalogi Præceptum à Neotericis Probabilistis adinventas.

I. **D**escendimus jam ad particularia Decalogi Præcepta, in quibus juxta ordinem, quem ipsa requirunt, non tam rationibus humanis, quam Sanctorum Patrum auctoritatibus, iisque involutis rationibus, quæ refutanda videbuntur, refutabuntur, interque ea primum & Dei cognitionem & idolorum abnegationem continet: quod, quoad primam partem evertit Probabilista, dum asserit.

D 4

Propo-

## PROPOSITIO I.

*Deorum pluralitas stando puris principia naturalibus defendi potest & propugnari.*

Cum quâ Symbolizat illa quæ sequitur.

## PROPOSITIO II.

*Prudentia humana viribus natura delicta probabilissime crederet dari plures Deos.*

2. Quibus vides ex mente hujus Authoris probabilissime, & absque peccato posse ab homine gentili credi plures Deos, eademque qua credit probabilitate, eos coli & adorari: unde nec si hoc faciat, & plures Deos ac Idola colat, à Deo puniri poterit, ut pote sequens sententiam probabilem, & consequenter laborans ignorantia invincibili, quæ à peccato, ejusque poenâ & reatu liberat, ut supra dictum est; asserit ergo hic Polytheismum, imitatus serpentem primorum parentum deceptorem, qui eis Polytheismum persuasit dicens, *eritis sicut Dij, im-*  
directe

directe innuens plures posse dari Deos. Unde *Iustinus Martyr. in parenetria ad gentes in psal. 13.* loquens de eodem primos homines inquit plurimum Deorum cultum docere est ausus. Et *Chrysostomus* de insipiente illo tractans, qui dixit, in corde suo non est Deus: *Primus insipiens inquit Diabolus fuit, qui primus insipientie seminator extitit, & primus praeo multitudinis Deorum dicens eritis sicut Dij.* Ex quo infert idem *Chrysostomus*, eundem quoque seminando Polytheismum induxisse Atheismum, unde paulo post subiungit: *Quicumque multos Deos adorat, dicit non est Deus: quemadmodum enim maritorum multitudo efficit, ut non censeatur maritus, ita multorum Deorum cultus est impietas, & perinde est, ac si nullum colas, multorum enim Deorum admissio est unius negatio.* Consentit *Athanasius orat. cont. idololat.* inquit, multitudo Numinum, nullitas Numinum: cui concordat *Apostolus, ad Ephesios* inquit, illos tempore Gentilismi fuisse sine Deo in mundo. Ad quæ verba *Chrysof. comm. in Actor. 19.* Et quomodo ait *Ephesij sine Deo: hinc simulacra, illinc imagines, illic Neocros Diana, illic*

D s

Deme-

*Demetrius argentarius, qui faciebat templa Diana argentea: tantus est grex Deorum, & quomodo sunt absque Deo Ephesij? sed propterea sunt impij & absque Deo, quod cum multos Deos elegerint, ab uno exciderunt. Igitur multitudo Numinum nullitas Numinum, qui proinde sentit probabiliter defendi posse stando in puris principijs naturæ dari pluralitatem Deorum, is quoque ex mente Satorum Patrum sentit.*

### PROPOSITIO III.

*Probabile est secundum humanam prudentiam sibi relictam non dari Deum.*

3. Ne hoc cuiquam tam mirabile videatur, cum Author propositionum proxime allatarum id ipsum non incongrue insinuet, dum asserit.

### PROPOSITIO IV.

*Potest dari invincibilis ignorantia Dei quoad aliquod tempus saltem breve.*

Et hanc sententiam non esse improbabilem, sed probabilem ipse sentit, dum hoc ab omni-

omnibus Scholasticis admitti affirmat: nec solum hoc, sed probabilem etiam æstimat illam, quæ sequitur.

## PROPOSITIO V.

*Probabile est, posse dari hominem bono iudicio præditum qui invincibiliter tota vita Atheus sit.*

Et quæ subjungitur.

## PROPOSITIO VI.

*Probabile est posse dari Rempublicam, quæ invincibiliter ignoret Deum.*

Has inquam probabiles putat, cum dicat primam à paucis, posteriorem à paucioribus Scholasticis, adeoque plus, quam uno defendi, ac ita insistendo principiis Probabilistarum, secundum quæ, illud quod sentiunt plures Doctores Scholastici rem ex professione tractantes, est sententia probabilis, & hæc indubie erit talis: certe posteriorem, quam pauciores amplectuntur, ipse approbare videtur, dum continuo subdit, multas respublikas fuisse, & quidem bene gubernatas, à

quibus omnium Deorum cultus proferri  
 ptus fuit, apud excellentissimos Authores vi-  
 demus. Pro cuius confirmatione allegat nos-  
 viter subactos Indiarum aliquos populos,  
 sed nec probat illorum respublicas fuisse be-  
 ne gubernatas: nec ignorantiam illorum fæ-  
 ctâ veritatis allegatâ suppositione fuisse in-  
 vincibilem: nec Excellentissimorum illo-  
 rum Authorum aliquem nominat.

4. Ecce quo novarum ad inventionum  
 Cursores ducat libido novitatum, ut etiam  
 contra legem naturalem singulorum menti-  
 bus inditam, Sanctos Patres & Ethnicos etiam  
 Philosophos Atheismum & Polytheis-  
 mum, sive Idololatriam probabilem, & in-  
 conscientiâ licitam judicent, apud illos fal-  
 tatem, qui lumine fidei nunquam imbuti sunt.  
 Sed audiamus, Quid ad hæc Sancti Patres,  
 certe præter assignatos *Chrysothomum* &  
*Athanasium*: non posse Deum invincibili-  
 ter ignorari, sentiunt *Cyprianus lib. de vanit.*  
*idolor. vulgus inquit in multis naturaliter*  
*Deum confitetur, cum mens & anima sui Au-*  
*thoris, & Principis admonetur. Dicit frequen-*  
*ter audimus, O Deus, & Deus videt, & Deo*

contraen-

commendo, & Deus mihi reddet, & quod vult  
 Deus, & quod Deus dederit, atq; hæc est sum-  
 ma delicti nolle agnoscere, quem ignorare non  
 possis. Tertullianus in Apologetico c. 17. Quod  
 immensum est, soli sibi notum est, hoc, quod est  
 Deum aestimari, facit, dum aestimari non cupit.  
 Ita enim vis magnitudinis & notum homini-  
 bus objecit & ignotum. Et hæc est summa deli-  
 cti nolle agnoscere, quem ignorare non possunt.  
 Vbi signanter notandum est, utrumque pa-  
 trem asserere Deum ignorari non posse, uti-  
 que invincibiliter, & sine culpâ. Aug. tract.  
 106. in Joan. hæc est enim ait vis vera divinita-  
 tis, ut creature rationali jam ratione utenti nõ  
 omnino, ac penitus possit abscondi. Damasc.  
 Nemo est mortalium inquit, cui non hoc natu-  
 raliter a Deo insitum sit, ut Deum esse habeat per-  
 spectũ. Ambros. l. 1. advers. gentes. quisquamne  
 est hominum inquit, qui non cum istius Prin-  
 cipis notione diem primæ nativitatis intrave-  
 rit? Cui non sit ingenitum, non sit affixum, imò  
 ipsis pene in genitalibus matris non impressum,  
 non insitum, esse Regem ac Dominum Cuncto-  
 rum, que sunt, Moderatorem? Nullus proin-  
 de juxta hos Sanctos Patres absque culpâ,



ignorare potest, Deum esse, & si ignoret, poenam meretur teste *Minutio*, qui eos merito torqueri inquit, qui Deum nesciunt, & impios, ut injustos, nisi profanus nemo deliberrat: cum parentem omnium, & omnium Deorum non minoris sceleris sit ignorare, quam ledere.

5. Sanctis patribus subscribunt Theologi Scholastici, *Gonzales*, *Montesinus*, *Alvarez*, *Valentia Vanne*, qui ait, negari posse demonstrari Deum esse, quantum sci est, ad obligandum homines ad cultum Dei, est haeresis. Cui addo *Didacum SAVEDRA* in suo Principio politico Christiano Symbolo 24. ubi ait, motum ordinem Reipublicae turbarent vitia sublati fine principali felicitatis, quae in virtute consistit, & fundamento illo, ac propugnaculo religionis, nisi in animum suum inducerent credere aliud supremum esse tribunal, pro solis mentis cogitatis, quae vel supplicis aeternis puniet, vel bonis aeternis munerabit: *Cajus Caligula* Deum irridebat, dum tamen coelum tonaret, aliam agnoscebat potentiorum manum, à qua castigari posset. Nemo est, qui eam ignoret, neque illud cor humanum, quod divino illo magneti tactum

factum se non sentiat, & sicut acus Nautica ex  
 cognatione quadam natura & consensu in per-  
 petuo motu est, donec sese firmet ad lucem stellæ  
 istius polaris, circa quam voluuntur orbis cœ-  
 lestes, ita nobis quietis vivere non licet, donec  
 agnoscamus & veneremur increatum illud si-  
 dus, in quo vera est requies, & unde rerum  
 omnium motus proficiscitur. His conformi-  
 ter cecinit Poëta:

*Aspice convexo nutantem pondere mundum,*

*Aspice stellifera nobile molis opus.*

*Ipsa tibi ingentis spatiosa volumina cœli*

*Narrabunt Domini facta stupenda sui.*

*Maxima stellantis dicet tibi Fabrica mundi,*

*Talia quæ fecit, quanta sit ista manus.*

*Usq; adeo sunt nota opera omnipotētis, ut isthæc*

*Nox non ulla roget, non roget ulla dies.*

6. Nec solum SS. Patres & Scholastici,  
 sed etiam ipsi Gentiles, lumine fidei caren-  
 tes, solo naturali lumine intellectus, cogno-  
 verunt Deum esse, & Deorum pluralitatem  
 implicare. Aristoteles postquam 12. *Metaph.*  
 dixerat mundum debere optimo regimine gu-  
 bernari, his verbis concludit, *malum est plu-*  
*ralitas*

ralitas principatum, unus ergo Princeps, Socrates, si Ciceroni credimus, quia deificam multitudinem Deorum ab Atheniensibus occisus est. Et Orphæus dicitur scripsisse filio solum Regem formatorem aspice mundi, unus ac sibi perfectus, sunt omnia ab uno. Ne ad cognoscendum Deum esse, necessarium est discursus Syllogisticus (hic enim ab homine naturaliter simplici & stupido vix fieri posset) sed per intuitam & considerationem creaturarum absque difficultate quis devenire potest in cognitionem Creatoris, sicut ex fumo quilibet cognoscit ignem absque ullo discursu syllogistico & difficultate.

7. Hic quoque specialiter observandum occurrit, Authorem Superiorum propositionum assertorem plus probabilitati, quam omnipotentia divina tribuere: dum assertor per probabilitatem posse tuto credi, & contra plures Deos contra primum Decalogi præceptum; cum tamen asserat Deum in tribus primæ tabulæ præceptis non posse dispensare contrariè, ex quo sequitur, illa semper obligare, saltem eatenus, ut nemini liceat exercere actus contrarios, quod superioribus assertionibus diametraliter contrariatur.

Sicuti allegatae supra propositiones Deitatem & Deitatis unitatem, sic binæ sequentes, ejusdem omnipotentiam aggrediuntur. Earum prima est.

PROPOSITIO VII.

*Potest Deus creare homines ex leges seu nulli legi subiectos.*

8. Sensus est, posse Deum creare homines nulli legi, nec sibi subiectos: neque enim nisi per legem Deo subijci poterunt, in hoc enim rationalis ab irrationali differt creatura, quod illa per rationem naturalem, quæ lex naturalis est, hæc solum titulo creationis & conservationis, absque ulla creatoris, vel sui intellectuali notitia Deo subjiciatur: ac proinde Deum posse creare homines, non homines, seu homines ratione carentes, qui eo, quod rationales non sunt, nec homines erunt, de quorum essentia est rationale, & rationis participem esse: id, quod bene advertit *Augustinus in psal. 118. Cone. 25.* cui id æquè impossibile videtur, quam homines præter naturam generis humani creati

creari: cum enim asseruisset, nullum esse, qui  
 faciat alteri injuriam, nisi qui fieri sibi nolit,  
 & in hoc transgredi legem naturæ, quam non  
 finitur ignorare, dum id, quod facit non vult  
 pati. Paulo post ibidē inquit, Nunquid lex  
 ista naturalis non erat in populo Israel. 2. Ad  
 quod respondet, erat plane, quoniam & ipse  
 homines erant. Sine lege autem naturali  
 sent, si præter naturam generis humani esse pe-  
 tuissent. Adde implicare hominem, qui igno-  
 ret hæc legis naturalis principia, Bonum est  
 faciendum, malum est fugiendum. Si sic, ut  
 que legem naturalem talia dictantem habe-  
 bit, adeoque *Exlex* non erit; sed & asserit  
 ultimo positæ propositionis eandem ipse co-  
 vellit, dum Deum in primæ tabulæ tribus  
 Articulis non posse dispensare contrarie as-  
 serit, adeoque omnes ab illo creabiles illi ne-  
 cessario subjecti erunt, non itaque *Exlegis*  
 ut assereretur.

Secunda Dei omnipotentiam impugnans  
 in quâ sicut & in prioribus asseritur, Deum posse  
 se facere impossibile, imò, quod ex natura  
 suâ malum est, hæc est.

Propo-

## PROPOSITIO VIII.

*In præceptis primæ tabulæ potest Deus dispensare contradictorie, in reliquis contradictorie & contrarie.*

9. Sensus est, posse Deum in præceptis primæ tabulæ dispensare, ut liceret eadem omittere, ut possit quivis data occasione omittere agnitionem & cultum Dei &c. adeo quæ Deum dixisse non opus est, ut alteri faciatis, quod vobis fieri non vultis. In præceptis verò secundæ tabulæ posse & potuisse Deum mandare contrarium, ut sint homines quo ad ipsum non solum *exleges*, sed etiam *antileges*, ut nimirum loco istius legis naturalis, Dictaminis & principij. *Quacunque vultis, ut faciant vobis homines & vos facite illis.* Surrogetur istud etiam generale sed adversum: *Quidquid vultis ab hominibus vobis fieri, contrarium facite illis.* Vultis à filiis vestris honorari? sed vos inhonorate parentes vestros: vultis à nemine occidi? sed vos occidite, quotquot poteritis. Vultis, ut nullus

res

res vestras furto, vel rapina vobis auferantur  
 sed quidquid poteritis clam, vel palam  
 aliis auferre, auferte: vultis, ut ad uxores ve-  
 stras extraneus nullus accedat? sed vos, qui  
 si equi emissarij ad uxores proximorum hi-  
 nite; vultis ut nullus contra vos testimonium  
 falsum proferat? sed vos in hypocrisis lo-  
 quimini mendacium, unusquisque cum pro-  
 ximo suo, & de proximo suo: vultis, ut nemo  
 concupiscat uxores vestras? nemo domos  
 vestras, aut servos, aut ancillas, aut boves, aut  
 asinos, aut aliud quidquam vestrum? sed con-  
 cupiscite vos quidquid occurrerit commo-  
 dum, aut delectabile in bonis alienis, sive u-  
 xor fuerit, sive domus, sive servus, sive ancilla,  
 sive bos, sive asinus, sive aliud quidpiam  
 libidini vestrae complacitum.

10. Nec est, quod hic quisquam recurrat  
 ad Dei omnipotentiam: nam hæc ad impos-  
 sibile & iniquum se non extendit; unde op-  
 time Theodoretus, nihil vult Deus facere, quod  
 natura non congruit. Natura autem est boni  
 natura, nihil ergo vult mali: natura est justus, ni-  
 hil ergo vult injusti: natura est verax, menda-  
 cium ergo respuit, natura est immutabilis

*mutationem ergò non recipit, & Augustinus,  
quod non potest iuste, non potest iustus.*

### PROPOSITIO IX.

*In rigore loquendo videtur, quod homo  
non teneatur unquam tempore vite  
sue elicere actum charitatis.*

II. Hanc propositionem Anno 1665. censuravit fel. record. *Alexander VII.* eandemque jam dudum ante scil. Anno 1657. ad requisitionem Episcopi Gandavensis improbat facultas Theologica Lovaniensis, & biennio post ab Episcopo Namurcensi in sua synodo Diocesana circumscripta erat. Tenent eam saltem æquivalenter, quotquot docent, præceptum charitatis indirecte solum & ratione alterius obligare, tunc scilicet, quando impius, eo quod Sacramentum pœnitentiæ non est in promptu, non habet aliam viam, quâ se justificet, nisi eliciat actum contritionis, in quo actus charitatis involvitur: adeoque cessante hoc inconvenienti, si cui semper in promptu sit Sacramentum pœnitentiæ, nunquam tenebitur elicere actum

Actum



Etum amoris Dei. Vnde quidam ex Neo-  
 ricis : *mibi ait placet doctrina illius, qui docet*  
*hoc præceptum charitatis impositum fuisse*  
*justificationem impij: solum igitur tunc ob-*  
*gare, quando impius, quia Sacramentum pe-*  
*nitentiae non est in promptu, non habet aliam*  
*viam, qua se justificet, nisi eliciat actum con-*  
*tritionis, qua super aliquo tandem modo actum*  
*amoris Dei super omnia dilecti involvit. Cui*  
*sequenter igitur, & indirecte ratione sua jus-*  
*ificationis ad actum charitatis fideles obligat-*  
*tur. Vide supra, ubi idem loquendi modus me-*  
*placuit de præcepto actus fidei & spei. Ha-*  
*ille, qui idem ibidem, licet inquit contra-*  
*sententia doceat dari præceptum speciale*  
*amando Deo, in illis verbis diliges Dominum*  
*Deum tuum, & alibi: tamen non ignobis*  
*Doctores docent, hoc præceptum non esse*  
*speciale, & speciali tempore implendum, sed*  
*generale imbitum in omnibus præceptis: sicut*  
*secundum præceptum de dilectione proximi*  
*non est speciale, sed in Decalogi præceptis con-*  
*tentum: nam propterea dicitur in his duobus*  
*præceptis, id est dilectionis Dei & proximi,*  
*universa lex pendet & propheta: si enim,*

servat præcepta diligit, quiq; diligit servat, jam unum ex his continetur in alio, & consequenter præceptum charitatis indirecte solum, & ratione alterius obligabit. Fatetur hic Author sententiam suæ contrariam esse communem, nihilominus nulla fundamentali ratione, sed auctoritate non ignobilium Doctorum (quorum nullum nominat) seductus evertit Basim, & fundamentum omnium divinorum præceptorum, in quo omnia incipiunt, & consumantur: præceptum scilicet divinæ dilectionis. Soto lib. 2. de just. & jure 43. n. 10. Sententia asserens sufficere actum dilectionis Dei in articulo mortis ridicula visa est: si dixeris ait ille, satis esse semel in vitâ, idque in articulo mortis implere profecto longe a naturâ præcepti aberras: Cum enim præceptum hoc cæterorum omnium sit præambulum & ut ait Paulus, finis: Ridiculum esset, dicere, quod liceat transigere totam vitam, antequam nos obliget. Qui Author, si allegati Authoris sententiam audisset, illam certe plus, quam ridiculam judicasset.

12. Stupenda & mirabilis audacia, ut id, quod Christus appellat, primum omnium mandatum

mandatum in lege, hoc Doctor Catholicus Christi discipulus audeat dicere, solum indirecte, & ratione alterius obligare, adeoque non esse primum, & principalius, sed illud alterum directe obligans, ratione cuius ipsum indirecte solum obligat. Sed absit, ut huius præconi novæ legis, & præcepti aures præbeamus: audiamus potius Cyprianum *Serm. de Bapt. Chri.* antiquum Christi, ejusque mentis conformem præconem, qui ait: *justum Domine, ut diligamus te, quia & tu nos diligis, & iniquum omnino est, ut te in aliquo dilecti tui offendant, vere hoc mandatum legum complectitur, & Prophetas, & in hoc verbo omnium Scripturarum volumina coarctantur. Hoc natura, hoc ratio, hoc Domine verbum tuum clamat Authoritas, hoc ex ore tuo audivimus, hic invenit consummationem omnis religionis, primum est hoc mandatum & ultimum, hoc in libro vita conscriptum indeficientem hominibus & Angelis exhibet lectionem. Legat huius unum verbum, & in hoc mandato meditetur Christiana religio, & inveniet ex hac scriptura omnium doctrinarum regulas emanasse, & hinc nasci, & huc reverti quidquid Ecclesie*

stica continet disciplina, & in omnibus irri-  
 tum esse, & frivolum, quidquid dilectio non  
 confirmat. Non pertinet Domine ad te, nec  
 tuus est, qui te non diligit. Ubi omni studio no-  
 tanda verba: Hoc natura, hoc ratio, hoc Do-  
 mine verbi tui clamat authoritas: clamat quip-  
 pe creatura amandum esse creatorem & con-  
 servatorem, clamat ratio redamandum esse  
 amatorem: nimis enim teste Augustino lib. de  
 catech. 2. cap. 4. durus est animus, qui dilectio-  
 nem, si nolebat impendere, nolit rependere, &  
 paulo infra, quis non redamare affectet justissi-  
 mum, & misericordissimum Deum, qui prior  
 sic amavit injustissimos & superbissimos ho-  
 mines, ut propter eos mitteret unicum Filium  
 suum per quem fecit omnia. Et lib. 4. confessio-  
 num. Hoc est quod diligitur in amicis, & sic di-  
 ligitur, ut rea sit humana conscientia non re-  
 damando amantem. Et lib. de moribus Ec-  
 clesie Cap. 11. Maximum, ait, quod ad beatam  
 vitam ducit, primumque mandatum est, Diliges  
 Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex a-  
 nima & mente tua. Et paulo post. Summum bo-  
 num inquit quod omnium optimum dicitur, non  
 modo diligendum esse, nemo ambigit: Sed ita  
 E diligen-

diligendum, ut nihil amplius diligere debeamus, idq; significatur & exprimitur in eo, quod dictum est, ex tota anima & ex toto corde & ex tota mente.

13. Ipsa ratio naturalis singulorum mentibus insita quemlibet docet, ut sit gratus benefactori, redametque sincerè amantem. gentes enim nullo lumine fidei illustrati faciunt teste Christo. *Matth. 5. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt?* quænam proinde erit obligatio eum diligendi, qui cunctum genus humanum, & quemlibet in particulari hominem tot tantisque & prævenit, & prosequitur beneficij? qui cælum terramque & quidquid cæli, terræq; ambitu continetur, creavit ministerium hominis: ipsis etiam Angelicis spiritibus illi factis administratorijs; quem cum ad imaginem, & similitudinem suam in limo terræ formavit, & Dæmonis astutia deceptum & infernalis Baratri reum in finibus æstimabili, & digno pretiosissimi Filij sui sanguinis pretio è Dæmonis & inferni faucibus eripuit.

eripuit? Continuo eum toties quasi de novo producens, quot momentis in esse conservat? Et hæc erit gratitudo ad tantum benefactorem, ut dicere homo audeat, se non teneri unquam de vitâ actum amoris, seu potius redamationis elicere?

14. Nec solum Sancti Patres, sed & Scholastici Doctores huic Probabilistarum sententiæ amoris hominis erga Deum radicativæ adversantur: inter quos Banner. 22. q. 44. a. 1. dub. 1. concl. 3. ad 3. fortassis inquit nobis ignorantibus aliquando est omissio hujus præcepti, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Sicut etiam solet esse omissio præcepti orandi Deum: Et propterea oportet dicere semper ab occultis meis munda me Domine. Clarius Bannezio Silvius. Certum est inquit in 22. q. 44. a. 6. q. 3. hoc præceptum sæpius in vitâ obligare. Cum enim datum sit ad vitam rectè instituendam, & ad salutem eternam promovendam, nullo modo verisimile est, quod solum obliget in periculo mortis, quando vita jam est finienda. Punctualiter autem definire singula tempora, quibus sit implendum sub reatu peccati mortalis, est impossibile, prudenti pro-

inde iudicio opus est ad iudicandum, an pa-  
nimis longum tempus fuerit quis sine dilectione  
Dei. Et quia nobis non advertentibus aliquan-  
do accidit huius precepti omissio, ipsam esse cre-  
dimus inter peccata, de quibus Psalm. 18. dicitur.  
Delicta quis intelligit? ab occultis mundi  
munda me. In quibus, teneri hominem ad  
ctum amoris Dei, certum & solum obligat  
in articulo mortis, ne quidē verifimile asserat

15. Clarius Doctor Angelicus 1.2.9.100  
11. in corp. confirmans num. immediatē pre-  
cedentem: *praecepta moralia* inquit ex  
dictamine rationis naturalis efficaciam habent  
etiam si nunquam in lege statuuntur, horum  
autem triplex est gradus, nam quaedam sunt  
communissima, & adeo manifesta, quod edictio-  
ne non indigent, sicut mandata de dilectione Dei  
& proximi, & alia huiusmodi, ut supra  
dictum est, quae sunt quasi fines preceptorum,  
de in eis nullus potest errare secundum iudicium  
rationis. Quaedam vero magis sunt determi-  
nata, quorum rationem statim quilibet  
etiam popularis potest de facili advertere, & ad-  
men, quia in paucioribus circa huiusmodi con-  
tingit iudicium humanum perverti: huiusmodi  
di est

di editione indigent, & hæc sunt præcepta Decalogi: Quædam verò sunt, quorum ratio non est adeo cuiuslibet manifesta, sed solis sapientibus, & ista sunt præcepta moralia superaddita Decalogo, tradita populo à Deo per Moysen & Aaron. Sed quia ea quæ sunt manifesta, sunt principia cognoscendi eorum, quæ non sunt manifesta: alia præcepta moralia superaddita Decalogo reducuntur ad præcepta Decalogi per modum cuiusdam additionis ad ipsa. Quibus verbis, præceptis dilectionis Dei & proximi tantam vim obligandi attribuit, ut etiamsi per positivum Dei mandatum non emanassent, nihilominus obligandi eandem, quam modo, vim haberent, non solum in quantum modus est aliarum virtutum, sed ut est specialis actus: hinc paulo ante præoccupaverat, dicens: actus charitatis dupliciter considerari potest, uno modo secundum quod est quidam actus per se & hoc modo cadit sub præcepto legis, quod de hoc specialiter datur, scil. Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum: alio modo secundum quod est motus aliarum virtutum &c. ubi vides ex mente D. Thomæ præceptum charitatis non solum



indirectè, sed etiam directè per se & specialiter  
præcepto ad se immediatè terminato præ-  
cipi. Et in responsione ad primum subdit  
*Dominus non dixit, si vis ad vitam ingredi  
serua unum mandatum, sed serua omnia man-  
data, inter quæ etiam continetur mandatum  
dilectione Dei & proximi.*

16. Pulcherrimè ad intentum, & mentem  
Doctoris Angelici *Cassiodorus*, cuius ferè sin-  
gula verba Emphasin habent & inductæ o-  
pinionis sunt refutativa. *De virginitate* ita  
*lib. de amicitia* ait datur consilium non præ-  
ceptum, qui potest capere, capiat, & de virginitate  
quidem *Præceptum Domini non habeo, con-  
siliū do. Caritas autem à Deo præcipitur, &*  
*susq; præceptum fortiter & enixè & sub  
terminatione cordibus humanis induratum  
mandavit & quidem hoc mandatum Domini  
custodiri nimis: & ut ipse cordibus nostris  
tius quasi clavum infingeret, velut crebros  
sepius ingeminavit, prius ut diligeremus ex  
to corde, postea subjungit, quod ex totâ animâ  
demum adiicit, quod ex totâ virtute nostrâ  
Velut clavus, aut stimulus est hoc præceptum  
nam sicut Salomon dicit, verba sapientum*

muli sunt, & quasi clavi in altum defixi. Nonne plus quam stimulus est, aut clavus sermo Dei efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti? sane duritie cordis nostri exigebant hanc inconculcationis instantiam, ut præceptum ad nostrorum cordium interiora transfiret, sicut duro stipiti clavus crebra percussione infigitur, donec interius adigatur.

Quod si fundamentum allatæ positionis inquiras, respondebit novus Probabilista.

### PROPOSITIO X.

*Nunquam aliquod Præceptum obligat, nisi sit determinatum.*

17. **C**Ujus assertionis ratio est, quia cum non possit uti indeterminatum exire in executionem, non censetur practicè esse completum. Insignis certè ratio, quæ tantum abest, ut evincat allatam propositionem, ut potius omnia positiva Dei Præcepta: Scilicet. *Dominum Deum tuum adorabis; diliges Dominum Deum tuum; honora Patrem & Matrem tuam;* evertat, in illis enim omnibus, cum non sint determinata, eo quod à

Deo nullum se adorandi, & diligendi, vel parentes honorandi tempus assignetur: liber quis erit ab eorum obligatione, nisi in quantum indirecte, & ratione alterius aliqua obligatio oriatur: unde immerito queritur contra populum suum apud Malachiam cap. 1, *Deus, Filius honorat Patrem, & servus Dominum suum, si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* certum est longe majori obligatione teneri erga Deum hominem, quam erga Parentem filium, major enim obligatio est creaturæ ad Creatorem, Plasmatis ad Plasmatorem, Redempti ad Redemptorem, quam geniti ad Genitorem, & quidem talem Genitorem, qui illi etiam ut Genitor subordinatus est: qui dicit, *Patrem nolite vobis vocare super terram: Unus est enim Pater vester, qui in caelis est:* ad quæ verba alludens quidam recens commentator *Franciscus Lucas in cap. 23. Matth. Is Pater inquit, qui in caelis est, nempe Deus est Author totius vitæ vestræ, ille corpus vobis firmavit, ille animam vitæ principium infudit, ille vos pascit, fovet, educat, provehit, servat. Ille pars hereditatis vestræ*

strâ, & calicis vestri: de illius denique cura, providentia pendetis toti, à quo omnis paternitas nominatur in cœlo, & in terra. Huic si comparentur mortales, patres dici non merentur: quorum providentia in educandis, servandis, provehendis, & locupletandis filijs admodum incerta est, in generandis autem nihil nisi semen administrat formando corpori, & hoc ipsum Dei munere acceptum. Si proinde teneantur filij Parentibus, ut admittunt ad-versarij, signa benevolentia ostendere, non obstante, quod præceptum honorandi parentes sit indeterminatum, nec ullum illi tēpus præfigatur & determinetur à Deo, quanto magis tenebitur homo amoris vicem Deo rependere, qui perfectiori modo pater est.

18. Mirum etiam oblivisci antagonistas illius principij primi legis naturalis: *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* An non ipsi, si cui tanta beneficia impendissent, quanta homini Deus, nec ullum benevolentia vel gratitudinis signum ab eodem recepissent, illum impietatis & ingratitude arguerent, & bestia quam homini similiorem reputarent? Cur ergo, quod sibi ab alijs fieri no-

lunt, ipsi alijs faciendum suadent, & libris impressis docent? *Væ qui condunt leges iniquas, væ qui dicunt malum bonum & bonum malum, ponentes lucem tenebras & tenebras lucem.* hinc censet Socrates teste Pet. Greg. lib. 10. de Repub. cap. 5. num. 18. pejus esse in legibus constituendis vel interpretandis errare, quam hominem interficere. Ejusmodi namq; error multos per multa secula interficit animos simul & corpora. Et Isidorus Pelusiota lib. 4. Epistol. 84. nihil est quidem inquit injustè agere, sed injustam sententiam ferre, id longè est deterius. Alterum enim spem auxiliij relinquit ei, qui injuriâ affectus est, alterum verò hanc ipsam spem auferit & injustum factum corroborat & tandem Orisius Epist. ad Augustinum: Dilacerati sumus inquit gravius à pravis Doctoribus quam à cruentissimis hostibus.

Ex iisdem Fundamentis & Principijs à proposito conformiter Author, qui supra, asseruit non teneri hominem totâ suâ vitâ eliceret actum charitatis, etiam asserit.

## PROPOSITIO XI.

*Non tenetur homo totâ vitâ suâ elicere actum fidei & spei.*

19. **C**ujus prima ratio est, quod nullum adhuc Doctorem obvium habuerit, qui sibi satisfecerit in explicando, quomodo necessitate præcepti homo teneatur elicere actum fidei, maximè cum præceptum illud non sit determinatum, utpote cujus executioni non sit ullum à Deo tempus præfixum: ejus proinde obligatio similis erit, quæ præcepti charitatis, quod supra dictum est, solum obligare indirectè & ratione alterius præcepti scil. justificationis, uti Author ad ductis singulis temporibus & præceptis ratione quorum quis actum fidei & spei elicere obligatur, demonstrare nititur. Sed quia ab auctoritate negativa non valet argumentum & fundamenta allata non subsistunt, ut jam visum in præcedentibus, illis divitiis immorandum non est.

E 6

Propo-

## PROPOSITIO XII.

*Majorem & potiore curam politie Ci-  
vilis & Regionis, quam Religionis oportet habere.*

I. **V**etus & vulgatum adagium est, ubi Deus Ecclesiam, illic in viciniâ exstruit Satanas ædiculam: vniversam naturæ legem exiguo decem præceptorum numero in tabulis lapideis Moyfi in monte Synai Deus legislator, cui similis non est in legislatoribus, tradiderat; in illis totam legem naturalem jam aliquantulum obscuratam renovans & perfectissimam humanæ vitæ normam præscribens, posito primo præcepto de sui cognitione, cultu & adoratione, tanquam aliarum omnium basi ac fundamento, sed ecce illi oppositum in fine sæculorum Decalogum in inferni penetralibus fabricatum & digito Dæmonis scriptum publicat Machiavellus, cujus primum Præceptum primi Decalogici divini est directe everfivum. Refert hûc Satana Decalogum Prænobilis Cõsultissi-

sultissimusq; Dominus Guilielmus Ignatius  
Schük quondam Cancellar. Fuldens. nunc  
supremi iudicij Cameral. Assessor in suis reflex.  
Polit. Consolat. cap. 2. num. 3. ex quo eundem  
hic subungere placuit.

AntiDecalogus Machiavelli.

Præceptum I.

Religio rationi status famuletur.

II.

Pietatem, quam non habet, præferat.

III.

Religionem statui pro tempore congruen-  
tem falsis miraculis firmet.

IV.

Religionem Ethnicam Christiana præferat.

V.

Fortuna non virtuti, casui non Deo felici-  
tatem adscribat.

VI.

Moyseis auctoritatem & leges vi & armis,  
non fide & Deo nixas fuisse credat.

VII.

Status servandi, ampliandiq; causa cum

E 7

debeat



debeat omnia jura perfringere, ad omnem ventum vela vertere paratus sit.

## VIII.

Credat virtutes, si semper verè adsint et serventur perniciosas, si inesse putentur, fructuosas esse.

## IX.

Belli justitiam in eo, quod sibi utile videtur, statuat.

## X.

Tyrannum aliquem insignem imitetur contemptam crudelitatis famam: immanitatem impetu, sensim vero beneficentiam exercent.

2. Ecce præclarum insignis illius imposteris & nequissimi principum informatoris *Anti-Decalogum*; sciebat is, nihil efficacius esse religione ad subditorum animos intra debitam obedientiam terminos & honestatem cohibendos: sine religione enim ait *Lactantius lib. de irâ Domini cap. 22* aut immanitatem belluis, aut stultitiam pecudibus adequamur, nisi sola enim religione, id est, in summa notione summa sapientia est: vera enim religio optima *Rectrix est humane vite, justis in justisq; norma, frenum in prosperis, in adversis solatium,* spec

in dubijs, unica deniq; mentis Domina. Forstnerus in not. polit. ad Cornel. tacitum lib. 1. pag. 65. Longè tamen à recto tramite aberravit Machiavellus, dum loco veræ falsam religionem vel eligere, vel saltem fingere docuit: *Reipublica* inquit idem lib. 1. cap. 12. *Regni* & *Moderatores*, ac *Principes religionis fundamenta servare debent: nam ea ratione Rempubli- cam suam religiosam conservabunt, & quod inde consequens est, etiam integram, & studijs non divisam.* Opus verò est, ut quæcunque ad religionem fovendam amplificandamque apposita sunt, etiam si aliter sentiant, amplectantur augeantque.

3. In quibus verbis ostendit, Religionem à Principe solum ut medium pro conservatione unitatis & pacis attēdi debere, sive vera sive ficta sit: in quo quid aliud suadet, quam humana divinis, terrena cœlestibus, æternis temporalia, sacris prophana prophanissimè antepondere & Sponsam Christi sæculo, Christum mortali Principi subicere; ac Principem Reginamque pietatem facere politia civilis scēdissimâ servitute pedissequam, directè contra illud Salvatoris: *Quarite pri-*  
*mum*

num Regnum Dei & justitiam ejus, & hęc omnia (terrena scilicet) adjicientur vobis. Ex quo confectarium est aliud Machiavelistarum assertum, Deo nimirum relinquendam religionis curam, ut illam quæ sibi maximè placuerit, introducat & conservet, nihil illius curam ad principem spectare.

4. Sed Machiavello longe melius Didericus Saverda in suo principe politico Christiano symbolo 24. ubi ait verum non obstantibus quam plurimis exemplis similibus & experimentijs, fuit non nemo, qui impiè docere ausus est Principem posse pro libitu religionem aut desimulare, aut fingere: qui eam fingit, nullam omnino credit, etsi ejusmodi fictio artificium quoddam est politicum ad copulandos animos, & tuendam rempublicam: multo id præstabit melius vera religio quam falsa, hæc enim caduca est, illa aterna.

### PROPOSITIO XIII.

*Cujus Regio, illius est Religio.*

5. **H**Ujus assertionis, quæ hisce temporibus velut oraculum & axioma

ma circumfertur, sensus est, penes Principem Regionis, potestatem esse quam placuerit religionem introducendi, sive illa Lutherana, sive reformata sive Catholica illa sit, idq; vi transactionis Passavicæ de Anno 1552. pacis Religiosæ & instrumēti pacis §. 29. qui sic habet, quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, vasallos, Civitates, fundationes, Monasteria, commendas, Communitates & Subditos, Statibus Imperij immediatis sive Ecclesiasticis, sive Secularibus subjectos pertinet: Cum ejusmodi Statibus immediatis cum jure territorij & superioritatis ex communi per totum imperium hæctenus usitata praxi etiam jus reformandi Exercitiū religionis competat &c. Vbi vides cuilibet Principi Territoriali Jus reformandi religionem, eamque quæ sibi placet, introducendi concedi, salvis nihilominus exceptionibus Anni 24. §. sequent. Hoc non obstante contentis.

6. Certe nec instrumentum pacis, nec pax religionis, nec transactio Passaviensis eā vim habent, ut unius veræ solum salvificantis religionis ( unus enim Deus, una Fides, unū Baptisma ) obligationem, quæ à solo Deo est,

est, tollat: quæ si ullos, maximè tangit Principes, ut illam, si ab eâ aberrarint, sedulo inquirant, subditosque suos amplecti faciant: redditari, si secus fecerint, Deo non solum sui ipsorum, sed & omnium animarum exemplo suo à vera religione deviantium & abductarum gravissimam rationem. Proinde licet in foro fori id per contractum (Deo nihilominus unicam solum religionem præcipiente & plures vetante) initum liceat, conscientia tamen obligatio in ordine ad veram religionem per hoc nequaquam tollitur, id, quod etiam advertit & asserit *Justus Sprengerus Lutheranus in suo libro, quem scripsit de pace religionis ubi cap. 1. Quamvis hæc unica duntaxat religio sit (quam colentibus teste Livio libr. 5. omnia prospera eveniunt) in sacris patefacta litteris, cujus prævaricatio cum summo à facie Dei reprobationis conjuncta est periculo, extra aleam tamen dubietatis positum est, à primis usque conditi mundi natalibus innumeras de vero Dei cultu in Ecclesiâ extitisse dissensiones &c. sed an bene & licitè?*

7. Idem cap. 15. fusius repetit: præter verbum divini scripturam naturale animi lumen, &c.

num Deum & præter hujus cultum omnino nullum esse, testatur Cicero de naturâ Deorum. & quænam vera & illibata sit religio, id est, in quo nobis aqua heret. Sacra Scriptura Author ejus formanda & colenda. At tam falsitas, quæ veritas sub hoc tegmine quærit sibi hospitium. Quis igitur Judex, qui disjectâ falsitatis nubesculâ splendorem veritatis aperiat? Hanc cognitionem non ad Præfectos urbis, neque Provinciarum Præsides translata esse, sed synodum ad controversias in hujusmodi casu sedandas coactam fuisse historia & Apostolorum aetate demonstrant. Talis erat illa Apostolica contra Cerinthium, Nicæna contra Arrium, Constantinopolitana contra Macedoniû & Ephesina contra Nestorium &c. Et paulo infra prima ait cura erit Hereticos, eorumque labe infectos impellere, ut errore cognito ad unitatem Ecclesie revertantur, secundum illud Luca 14. compelle intrare. Quo factò, si perfriçtè in errore perstiterint, ut finibus ejiciantur, reipublicæ & Ecclesie interest, quia conducibilius est ab Imperio impietatem cedere, quam ad eam Dei perdere, & secundum S. Augustinum: melius est perire unum, quam unitatem. Quod teste

Vin-

Vincentio Lirenensi in lib. contra prof. heret. novelli dogmatis inductione non solum parvæ res, sed & maxima labefactata sunt: nec enim affinitates tantum, cognationes, amicitia, domus, verum etiam urbes, provinciæ, nationes, & universum regnum funditus eversum est. Quia adeo verum est, ut etiam Deus in ejus populo Reges severe animadverterit, qui puritatem religionis, vel ipsi contaminarunt, vel ab aliis pollui permiserunt. Hæc ille, quasi sibi obijciens, & postea negativam tenens; sed verissima nihilominus esse adducta fundamenta nec à se soluta, inferius, cum de punitione hereticorum agetur, ad oculum monstrabimus.

### PROPOSITIO XIII.

*Diversas Religiones in Regno vel Principatu permittere expedit.*

8. **I**mmediatè ante citatus Sprengerus in loco citato hanc propositionem hinc formalibus asserit: *Principibus hoc in primis incumbere, ut ortæ in articulis religionum controversiæ ex verbo Dei, statim*  
deu-

decidantur. Interea, dum istud malum mutari nequit, tolerandam esse religionum varietatem non approbandam, manifestè autem impios & blasphemos (cujusmodi sunt Epicurei, Anabaptiste, antrinitarij) quorum abominabile est dogma, non tolerandos, sed ut publica paci consulatur, exilio mulctandos esse statuo.

9. Christianus Liebenthal in suo collegio Politico exercit. 13. q. 4. hanc questionem ait esse talem, quæ florentissimam Galliam, Angliam, Hispaniam & Belgium acriter hæctenus concussit & absumpsit: ita ut in Gallia intra duorum & viginti annorum spatium ab Anno scilicet 1562. usque ad 1584. quadraginta centum millia hominum absumpta sint. Et licet hic Author negativam teneat, affirmativam tamen Catholicorum his argumentis, quæ tamen postea sed frustra solvere conatur, proponit.

10. Primo, quia munus politiæ primarium est, omnes distractionum ac discordiarum civilium vias præcludere: sed nihil magis subditorum mentes distrahit, & discordias promovet, ac facit religionum diversitas, cū experientia testetur, continuas rixas & con-

ten-



tentiones, animorumque dissensiones esse inter eos, qui religione dissentiunt: hinc enim Romani caverunt, ne aliquis separatim haberet deos novos.

Secundo, quia unus tantum est deus, & una forma recte colendi Deum, quam illi nobis proposuit & extra quam impossibile est placere deo, violatores etenim unius certæque religionis deus atrociter punire voluit. *Deut. 13.* pugnat enim hæc libertas cum veritate & unicâ fide, quam dubiam ac incertam reddit & sic plures religiones, fidesque introducitur.

Tertio, quia hac libertate religionis extremum Numinis contemptum blasphemiasque; via & fenestra aperitur.

Quarto, quia pari passu ambulant, omnis religio & nulla religio: rudis enim plebs sola eas de religione contentiones cernens, solâ hominum opinione constare veritatem censet.

Quinto, quia transgressores humanarum legum rei criminis læsæ Majestatis, fures, latrones & homicidæ gladio, alijsque; pœnis è medio tolluntur, cur non etiam transgressores legis divinæ rei criminis læsæ Majestatis de medio tollantur?

II. Hæc sibi objicit, plerisq; argumentis insolutis: ad quæstionem tamen negativè resolvens, idq; ex fundamentis tam diu à Sanctis Patribus explosis, scilicet, quod religio non imperari, sed suaderi debeat; Fides enim est donū Dei sedē in anima habens, nec ulla sit gravior Tyrannis, quam velle conscientia dominari, idq; probat ex aliquot Imperatoribus, qui suis subditis liberum Religionis exercitium permiserunt: periculosum esse aliquem ad religionem certam cogere, semperq; illud malè cessisse: inordinationes illas, quæ ex diversis religionibus ortæ sunt, magis à pertinaciâ Magistratum, quam subditorum originem sumpsisse, & nec cessasse admissis diversis religionibus liberoq;, illarum exercitio. Sed valde frivola sunt hæc Argumenta: si enim, quia Fides est donum Dei, ad quam nemo cogi potest, cur in Angliâ, Sueciâ &c. omnes aliæ Sectæ cujuscunque nominis admittuntur solâ Romano-Catholicâ unicâ & verâ religione exceptâ? cur illa potius vetatur quam alia? illa ergo non consistit in interiori homine? Cur ante citatus Sprengerus sicut & Theodorus Reinkingh

kingh

kingh judicat Anabaptistas, antitrinitario  
 similesq; permitti non posse, cum ipsi ceque  
 ac Lutherani asserant se habere veram reli-  
 gionem salvificantem, eamq; longe melius  
 ex puro verbo Dei probare se autument.  
 Certe nullus Lutheranus aliquem suæ pro-  
 fessionis substantialem à Catholicis discre-  
 pantem Articulum, ex solis S. Scripturæ ver-  
 bis, seclusis interpretationibus & consequen-  
 tijs hucusque probare potuit, vel unquam  
 poterit: multo minus demonstrare suam  
 prætensam religionem omni aliâ ad vitam  
 æternam conducibiliorem, idque tali funda-  
 mento, quæ alij Sectarij non utuntur, uti fuit  
 demonstravit *Franciscus Veronius in sua*  
*pitome controversiarum Fidei & Reverendis-  
 simi Domini Valenburgici in sua Methu-  
 Augustiniana.*

12. Sed diversas Religiones absolute per-  
 mittendas non esse, clamant tam sacræ pro-  
 phetæ, quam historiæ: hinc illa verba Aposto-  
 li, *nemo potest bibere calicem Christi & calicem  
 demoniorum Cor. 10. Hereticum post unam  
 alteram admonitionem devota ad Tit. 3. Qui  
 non est mecum, contra me est, & qui non colligit  
 mecum*

mecum dispergit. *Matth. 12.* & illud *Jehu ad Josaphat: impio prebes auxilium, & his, quæ oderunt Dominum, amicitia jungeris, idcirco iram Dei merebaris.*

Nota est illa *S. Polycarpi de S. Ioanne Evangelista* historia, quod is lotionis causâ *Ephesi* balneum ingressus, inibi videns *Cerinthum* hæreticum mox resilierit, fugiamus hinc inquit ne balneum ruat, quod intus sit *Cerinthus* veritatis hostis. Ipseque *Polycarpus* aliquando *Marcioni* itidem hæretico obviam factus, & ab illo, cognoscis nos, interrogatus respondit, cognosco primogenitum *Diaboli*. ita *Eusebius lib. 4. hist. cap. 14.* unde est & illud *Ioan. 2.* Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non adfert, nolite eum recipere in domum, nec Ave ei dixeritis.

13. Nec solum *S. Scriptura*, sed & ipsi *Imperatores*, ad quorum iudicium appellant protestantes, leges de non permittendis *Hæreticis*, diversisque religionibus tulerunt. *Constantinus* apud *Eusebium lib. 3. de vita eius c. 65.* in quodam adversus hæreticos *Edicto* sic eos alloquitur: O veritatis hostes, Inimici vite, internecionis Authores & Consiliarij,

F

arij,

arij, omnia apud vos veritati contraria, turpibus consentientia, maleficijs, ineptijs & commentitijs fabulis exultantia & c. Sit igitur hoc ratum statutumq<sup>3</sup>, ut post hunc diem nullo in loco vel publico vel privato nefarij vestri conventus in unum coire audeant.

14. Gratianus, *Valentinia*. & *Theodosius*. in l. 1. C. de sum. Trin. & fid. Cath. Cunctos populos quos clemētia nostra regit temperamētū, in illa volumus religione versari, quam divinum Petrum tradidisse Romanis, religio usq<sup>3</sup> nunc a ipso insinuata declarat, quamq<sup>3</sup> Pontificem Romanum Damasum sequi claret, & Petrum Alexandria Episcopum virum Apostolica Sacertitatis. Et paulo post §. 1. Hanc legem sequentium Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti, reliquos verò dementes, vesanosq<sup>3</sup> mendicantes, heretici dogmatis infamiam suscipere: nec conciliabula eorum, Ecclesiarum nomina accipere: divinā primum vindictā, post etiam motus nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpsimus, ultione plectendos.

15. *Theodosius* & *Valentinianus* Imperatores. Manichæos, Hereticos, sive Schismaticos, omnemq<sup>3</sup> Sectam Catholicis inimicam ab episcopis astrictam

aspectu urbium diversarum exterminari precipimus, ut nec presentia criminorum contagione fudentur: statuunt insuper Honorius & Theodosius: qui Catholicae Sectae sunt inimici intra patriam militare precipimus. Nullus nobis sit aliquâ ratione cõjunctus, qui à nobis fide, & religione discordat. Sed de his pluribus infra.

16. Unde bene notavit Didacus Sacedra Politicus vere Christianus nunquã satis laudatus Symbolo 24. Plures Principes dissensionibus in religione perijsse quam armis. Eam ob rem concilium Toletanum VI. sapientissime ordinavit, ut nemini Corona possessionem adire liceret, nisi prius dato jurejurando ad promitteret, nullum sese in regno suo toleraturum, qui vera & orthodoxa fidei mysterijs ritè imbutus non esset. Hispania quieta esse non potuit, donec errores Arrij deponeret, & omnes religionem Catholicam amplecterentur. Et paulo infra: quã in re ait fuit constantia insignis Philippi secundi, ejusq; Successorum, qui nunquam induci se passi sunt, ut ad componendas seditiones in provincijs belgicis conscientia libertatem concederent: tametsi hac ratione dominia illa integra conservare potuissent, & tot parcere  
E 2 sumptibus

sumptibus, quos in bellum impendere opus fuit pluris scilicet Dei honorem & gloriam aestimant, quam felicitatem propriam. Eà in re etiam exemplum insigne pietatis præbuit Philippus IV. Cum enim post suscepta regni gubernacula in consilio ageretur de continuandis cum Batavis inducijs, quo consilij quidam vehementer propendebant, è ratione status esse arbitrantes, ne aut bellum susciperent, aut in principio susceptæ gubernationis quicquam immutaret, mox sese illis opposuit dicendo: nolle se hanc nomini suo notam inurere, si vel horam unam pacem servaret cum ijs, qui Deo & Coronæ suæ rebelles essent, atq; inducias rupit illico.

17. Quod proinde de pluribus alijs hoc & de Imperio Romano Germanico meritò metuendum, nunquam ad pristinam gloriam ipsum rediturum, nisi omnium in Imperio Principum animi coalescant, & fiat in religione Cor unum, & anima una, unum ovile & unus Pastor: causam hujus adducit Petrus Ribadeneira dum lib. 1. cap. 23. in Principis Christiani, pro summario præfigit hoc lemma. Fieri non posse, ut in eadem Re publica

publicâ Catholici cum Hereticis firmâ societate jungantur. Sancta & Augusta, quam colimus, religio per similes est regina singularis pulchritudinis, eximiaque Majestatis è Cœlo delapsa, quæ nihil fœditate deforme, nihil opinione disjunctum, nihil nisi cœleste prorsusq; divinum admittit. Itaq; quemadmodum inter corporis membra unicum caput, inter planetas sol unus, unica singulis corporibus movendis ac regendis anima data est, Rex unus in Regno, in Exercitu Imperator, unus deniq; Deus, qui hanc rerum universitatem administrat: ita fieri non potest, ut in hoc Spirituali mundo, id est, Ecclesia, sit alia atque alia Fides: sed una est religio, quâ tanquam necessitudine quâdam consuetudinis & amoris, ut Rebecca cum suo Isaac, Rachel cum Iacobo, Regina cum Rege, Ecclesia cum Christo conjungitur. Quis ergo cum hac Regina, virgineq; castissimâ, turpissimum ac infame scortum, cujusmodi est hæresis, copulet? quis in eadem acerrâ: sacrum & prophanum ignem offerat? quis in eadem arâ & ediculâ Arcam Dei & Idolum Dagon collocet? Christum & Antichristum societ? si Christus Deus est, cur Baalam sequimur? si Baal Deus



est, cur Christum amplectimur & confitemur?  
 Non bene convenit signo Christi & signo Dia-  
 boli, castris lucis & castris tenebrarum, non po-  
 test una anima duobus deberi. Qui iustitiam  
 & sanctitatem Abelis vult factis exprimere, re-  
 portet illum à Caini, etsi fratris consortio de-  
 velli. Qui salutis sue cupit consultum, cum Lot  
 à Sodomis recedat: cum Ismaële non ludat ut  
 Isaac, Esau fugiat ut Jacob, & ut tyrannidem  
 Pharaonis evadat Ægyptum cum Israël de-  
 serat. Alia causa ex S. Augustino in propo-  
 sitione de punitione hæreticorum adducetur,

18, His nihilominus non obstantibus,  
 quin Princeps possit tolerare Hæreticos,  
 quando deest illi potentia eos exterminandi  
 absolutè, vel non sine gravissimo damno al-  
 liorum Catholicorum, eo quod debeat cum  
 tritico exterminare zizania, viribusque suis  
 hæretici illis longè superiores, nulli dubium  
 est; ita à Reinkingh citatus V Vilhel. Fer-  
 dinand. ab Efferen lib. 3. Class. 1. cap. 1. Quod  
 Catholici Principes inquit aliquando permit-  
 tant diversæ religionis homines in suis provin-  
 cijs vivere, quando sine periculo ejici non possunt.

sunt, non quod Hereticis faveant, sed quia aliter impedire non possunt. Quando vero fortiores facti, lenitatem rigori praeferunt, & quos jure capitis poenâ afficere possent, spe conversionis sine damno bonorum emigrare concedunt. Neque tamen Princeps in suis Provinciis hæreticos ideo permittere tenetur, quod per illorum expulsionem timeatur aliorum Catholicorum in alijs Provinciis persecutio: charitas enim benè ordinata incipit à se ipsa. *Natura ait Hieron. in cap. 44. Ezech. super hoc probatur affectus, ut ordine charitatis, juxta quod scriptum est, ordinate in me charitatem post rerum omnium parentem Deum carnis quoque pater diligatur, & mater, filius & filia, frater & soror. & D. Thom. quest. de charitate A. 9. Primo ait diligendus est Deus; secundo Parentes, inde Filij, post Domestici: magis proinde obligatur suis Subditis, quam Extraneis succurrere, & ab ijs omne malum amovere, juxta illud: aufer te malum ex vobis 1. Cor. 5. Et infidelis, si discedit, discedat, ne una ovis morbida totum gregem contamine 1. Cor. 15. At in his sciunt Principes Romani Imperij, quid valeant conformiter ad instrumentum Pacis,*

quo talis potestas in foro fori suspensa esse  
an in foro poli? ipsi utique scient: quibus ta-  
men malis omnibus obviari potuisset, si tem-  
pestivè advigilatum fuisset, juxta illud:

*Principijs obsta serò medicina paratur,  
Cum mala per longas invaluère moras.*

A P P E N D I X  
R E F U T A T O R I A  
T H E O D O R I  
R E I N C K I N G

Circa regimen Ecclesiasticum.

**A**D has quoque laxitates reducuntur  
quædam à pseudopoliticis & hetero-  
doxis adiuventæ noviter & propu-  
gnatæ sententiæ, primo Decalogi præcepto  
adversantes, quas ex Reinckingij tractatu de  
*Regim. Secul. & Eccles.* sparsim desumptas  
paucis deliberare placuit; ad obviandum  
nihilominus criticorum censuris præmoni-  
tum

tum velim, nullatenus inquirere me, quid circa tractanda in foro fori (hoc enim abundè monstrat Transactio Passaviensis, Pax Religionis & Instrumentum Pacis) sed quid in foro poli & conscientiae tenendum sit, cuius examen instituto vitae meae conveniens est; cæterorum determinationem Statistis transcribo.

## PROPOSITIO I.

*Princeps summam potestatem habet Rerum tam Ecclesiasticarum, quam Civilium.*

I. **H**æc propositio est, quam unanimiter defendunt & propugnant omnes protestantes, ut aliquo modo suam à Romano Catholicâ religione defectionem justificent, & se à jurisdictione summi in terris Christi Vicarij violenter eximant: suis Sæcularibus Principibus jus tam Ecclesiasticum quam civile, Episcopale & territoriale arrogantes: quam materiam, quia ex proposito quotidie publicis Thesibus & libris exponunt, placuit eam ex Domino *Theodoro Reinkingh* desum-

desumptam breviter refutare, servato ordine, ac methodo illius, ac ostendere summam potestatem Ecclesiasticam, nulli nisi Ecclesiastico Prælato, Summoque Pontifici posse competere, sicuti & conciliorum convocationem, hæreticorum punitionem, in Bonis Ecclesiasticis dispositionem &c. idque propositis & refutatis eorum assertionibus.

## PROPOSITIO II.

*De Iure divino Princeps Secularis habet potestatem Ecclesiasticam, estque Episcopus.*

2. **H**anc assertionem probat Reinkingh *lib. 3. cap. 1. hoc modo. Magistratus custos esse debet utriusque tabulae, omnemque curam in eo collocare, ut religionis imprimis summa habeatur ratio: Certum est enim Ecclesiam esse in Republicâ, non vero Rempublicam in Ecclesiâ. arg. Novell. 3. 5. 6. 16. &c. Unde Reges nutritij, Regina verò nutrices Ecclesia appellantur. Isaia 49. Pastores Ecclesia. Isa. 44. hoc pertinet ad Reges seculi, Christianos inquit S. Aug. ut temporibus suis pacatam velint habere*

bere Ecclesiam matrem suam, unde spiritua-  
liter nati sunt. c. quando 24. q. 4. hoc jus ha-  
bet Magistratus & Imperator non ex privile-  
gio Papa, ut vult Gloss. cap. in synodo in fine  
dist. 63. sed jure regia potestatis à Deo concessæ.  
Cui enim potestas data à Deo, ea quoque data  
censenda sunt, sine quibus ad finem à Deo con-  
stitutum perveniri commodè non potest: Idque  
probat exemplis Josua, Davidis, Josia, Eze-  
chia & Gentilium. Sed & Christus & Apostoli  
Ecclesiam, quatenus adhuc in vitâ militat po-  
litica potestati subjecerunt act. 25. Quin imò  
Ecclesiasticas res & personas in tuto nunquam  
esse posse, nisi eas regia potestas defendat & tue-  
atur. & infra cap. 10. per transactionem P assa-  
viensem & subsecutam Religionis pacificatio-  
nem & novam pacis constitutionem Jurisdictio  
Ecclesiastica Pontificiorum in provinciis Au-  
gustana confessionis addictorum suspensa est,  
tam in illis, que sunt ordinis, quam jurisdictio-  
nis Episcopalis. Hec Reinkingh. cum quo con-  
sentit Liebenhal in suo collegio politico exer-  
cit. 9. q. 5. omnesque protestantes iisdem fun-  
damentis nixi. Sed hæc argumenta tantæ ef-  
ficacia non sunt, ut ideò à tot sæculorum

praxi, Ecclesiæ, Sanctorumque Patrum Authoritatibus recedendum sit.

3. Respondetur proinde Ad. 1. Concedendo quidem Magistratus Sæculares effectus custodes, Protectores, Nutritios Ecclesiæ &c. sed hinc non sequitur, ergo sunt Sacerdotes & habent potestatem Ecclesiasticam & Episcopalem, dum enim Augustali coronâ redimitur Imperator, *juxta Clem. unicam de jurejurando, & Pontificale Romanum capituli Domine dist. 63.* promittit, spondet, & jurat coram Deo & B. Petro, se de cætero fore Protectorem, Procuratorem, & Defensorem Summi Pontificis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Vnde *Carolus V. Anno 1530. 24. Febr. Bononiæ iuxta Melchiorum Goldastum* juravit in hunc modum: *Ego Carolus Romanorum Rex, & brevi ( Dei gratiâ ) futurus Imperator Caesar per Deum Divumq; Petrum promitto, polliceor, testificor atque juro, me in posterum pro viribus, ingenio, & facultatibus meis Pontificiæ dignitatis, & Romanæ Ecclesiæ perpetuum fore defensorem: nec ullam Ecclesiasticæ libertati vim illaturum; sed potestatem, jurisdictionem, & dominationem, ipsius quo-*

ad fieri potest conservaturum, ac protecturum.  
Cujus rei testem invoco Deum ipsum & hæc  
sancta Evangelia. Neque enim illius, cujus  
quis custos & protector est, mox Dominus  
efficitur. Auctoritas S. Augustini contrarium  
evincit, si enim Imperator est Filius & Ec-  
clesia mater, utique illius Dominus non est.

4. Quod autem Ecclesiasticam potesta-  
tem non habeant sæculares Principes ex pri-  
vilegio Papæ, nimis quam certum est: nun-  
quam enim illis, maximè, qui non sunt de  
gremio Ecclesiæ Catholicæ, tanquam in-  
capacibus, illam Summus Pontifex concessit.  
Ridiculum autem, quod jam ab omni-  
bus A catholicis tanquam certum supponi-  
tur, eos illam habere titulo regiæ potesta-  
tis, & de jure divino: si enim sic est, jam om-  
nes Reges, Principes & Magistratus, Impe-  
rator Turcarum, Reges & Imperatores Gen-  
tilium, eo ipso, quo Reges sunt & Sacerdotes,  
habent potestatem Ecclesiasticam & or-  
dinandi de religione, Subditosque suos con-  
tra divina mandata ad Idololatriam, hæreses,  
& superstitiones juxta superius allegatam  
propositionem (cujus Regio illius est reli-  
gio) astringere poterunt. §. Cer-



5. Certè potestas Episcopalis ab illo solo originem ducit, qui constitutus est Rex temporalis & spiritualis super Sion montem sanctum, id est Ecclesiam, qui illam non in Reges & Principes, sed in illos, quos per Spiritum Sanctum posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, transtulit: Apostolos, inquam, quibus dixit, accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt. Ostendant ergo prætensi Episcopi, unde Episcopalis illa potestas ad illos derivata: ab Apostolis se accepisse nunquam ostendere, vel remonstrare poterunt: sed nec ullus Imperator, nisi Sacrilegè ante adventum Lutheri vel post, nec modernus Imperator potestatem Ecclesiasticam sive ordinis sive jurisdictionis sibi arrogavit, etiamnum arrogat, vel arrogare potest, cum probare nequeat, unde ipse vel aliquis suorum Antecessorum eam acceperit.

6. Neque etiam ullum ostendere poterunt, qui in veteri Ecclesiâ à sæculari potestate Episcopus, aut præbyter ordinatus, qui non ab Episcopis ordinationem, & potestatem

testatem acceperit: quamvis probæ vitæ testimonium, & consensus à populo frequenter requisitus fuerit: juxta Apostolum *1. ad Timo. 3.* S. Iacobus juxta Chrysoft *Hom. 87. in Ioann.* Hierosolymitanæ Ecclesiæ à S. Petro prepositus est. Clemens Romanus ab eodem teste Tertul. *in lib. de præscrip. edit. Paris. pag. 89.* S. Polycarpus ab Apostolis in Asia teste Ireneo *lib. 3. c. 3.* Gregorius Taumaturgus à Phædino, à Gregorio autem Alexander Carbonarius Episcopi ordinati sunt, ut docet Gregorius Nyssenus *orat. de S. Gregorio Taumaturgo.* Frumentius ab Athanasio, S. Basilus à S. Gregorio Naziazeno, S. Augustinus à Valerio, & innumeris alij Episcopi ab Episcopis ordinati sunt, cum tamen ne unus sit reperibilis, qui à potestate seculari presbyter, aut Episcopus in Ecclesiâ Catholicâ ordinatus sit.

7. Cum proinde is eam non habeat, quomodo protestantes, seu Lutherani in imperio Principes eam prætere possunt? qui tamen nihil habent jurisdictionis, nisi cum quâ ab Imperatore, ut Vasalli Imperij investiantur: teste enim *Reinkingh* Imperator fons est,

est, unde omnis Jurisdictio dimanat. Si proinde nec Imperator & consequenter neque perij Principes Jurisdictionem Ecclesiasticam & Episcopalem habeant; unde eam ipforum Superintendentes & Prædicantes accipiunt, ut Sacramenta efficere & administrare valeant? nemo dat, quod non habet.

8. Deinde si eo ipso, quo quis Rex aut Princeps est, habeat potestatem & quidem primariam Episcopalem ad alios derivandam: ubi quæso fuerunt claves Ecclesie, & Potestas conficiendi Administrandique Sacramenta sub tot tyrannis Idololatrie Ecclesiam prosequentibus? An & illi fuerunt Episcopi? sola itaque successio ab Apostolis & potestas ab illis ad Nos derivata, verè index est Ecclesie Orthodoxæ, quæ successione nec *Reinkingh*, nec ullus alius cū sua fictitia Papissa interpellare, vel destruere poterit.

9. Argumentum à Regibus desumptum falso nititur: ut sileam ineptam ab antiqua ad novam legem Cæremonialijs & judicialibus in hac abrogatis esse consequentiam, sic invictissimis rationibus probante *Martin. Beccan. in tractat. de primat. Regio. & contra Guilielm. Tocker. in duello cap. 2. per tot. Qui-*

bus adde fateri antoganistas, quod actum Sacerdoti proprium, ut est adolere incensum, vel similem nunquã presumpserint, aliqui eodem, quo Ozias modo animadvertendi: Illi enim teste *Enologio* apud *Theodore.* lib. 4. cap. 15. à Sacerdotibus dictum est: *Non est tuum officium Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum:* & de Saule ait, *Rupertus* lib. 1. in libros *Reg. cap. 20.* *Homo non de tribu Levi sed Benjamin regio fastu nihil sibi non licere arbitratus: Afferte ait mihi holocaustum & pacifica: & obtulit holocaustum: hoc nimis grande fuit Regis supercilium, dignè supremo iudicio feriendum.*

io. Nec valet argumentum à fine ad media desumptum, quasi illi, cui potestas regiminis Sæcularis, illi Ecclesiastica tanquam medium ad illam concessa sit: finis enim non medium politiæ civilis, est religio: ad hoc enim Regibus potestas à Deo concessa est, ut conservando pacem & tranquillitatem Reipublicæ, unà cum commisso sibi grege ad vitam perveniant sempiternam, qui primarius religionis finis est.

ii. Sed & si Imperator sit caput Ecclesiæ,  
& cu-

& custos utriusque tabulæ : cur ergo eius  
 causis Ecclesiasticis, tam protestantes, quam  
 reformati tam diu, tam obstinatè, tam certè  
 cosè resistunt? Cur capiti suo inferiora cor  
 poris membra non parent? Cur utriusque  
 tabulæ custodi non obtemperant? Cur  
 œcumenico concilio per eum non quidem  
 indicto, sed tamen procurato, & impetrato  
 non acquiescunt? Cur Ecclesiarum refo  
 matori morem non gerunt? Cur causarum  
 Ecclesiasticarum decisiones à sacris epi  
 consistorijs profectas conculcant? Cur Ec  
 clesiasticæ Jurisdictioni incommunicabili  
 terei vigore Majestatis divino humano  
 que, ut aiunt, jure competenti se subtrahunt  
 forte conscientiarum suarum velamen ob  
 tendent? sed idem penitus Quackeri, Hete  
 rodoxiæ adhuc consistens Labadie similesque  
 fanatici obtendunt; profecto nugas habet  
 pijssimæ mem. *Carolus V.* elisit, dum in Co  
 mitiis Augustanis Anno 1530. per Electo  
 rem Brandenburgensem Principibus prote  
 stantibus proponi curavit: *Illorum partium  
 fuisse VVormatiensi Edicto, ut par erat, obtem  
 perare: non Fidei articulos tot Sanctorum*

rorum decreto receptos, & approbatos, tot  
 Martyrum sanguine confirmatos, quod capita-  
 le est, in dubium & contentionem revocare,  
 suarumque conscientiarum fumum objicere,  
 quasi non omnibus perspicuum sit, quantum  
 suis conscientijs tribuant, quantâq; se libertate  
 à Catholica Ecclesia separaverint, &c.

12. Et paulo post idem ad eosdem: Cæsa-  
 ream aiebat majestatem plurimum admirari,  
 ipsos audere profiteri, ita se in vanis suis opinio-  
 nibus fundatos esse, ut errare minimè possint,  
 & quæ hæcenus ab eis facta essent, à Dei po-  
 tius jussu, quam ab eorum judicijs processisse:  
 cum perspicuum omnibus sit suos dogmatistas  
 nihil novi adduxisse, sed quæ orthodoxorum  
 Patrum autoritate ante multos annos dam-  
 nata, & sepulta fuerant, ab inferis revocasse.  
 Neque in Evangelio, quod ipsi nusquam non  
 jactitant, Cæsarem unquam legisse, licere alie-  
 narapere, raptâq; in vitis dominis retinere, &  
 si quando ad ea restituenda urgeantur, ea se  
 salvis conscientijs restituere non posse preten-  
 dere. Mirari præterea, quâ confidentiâ doctri-  
 nam eorum orthodoxorum, quam Cæsares cæ-  
 terique ordines servant, falsam profiteri aude-  
 ant

ant: quasi verò non nefas sit, credere tot Imperatores summâ pietate præditos, tot Electores atque Principes per tam multa sæcula errasse, & sequæ eorum responsione perceptâ satis exploratum habere ipsorum nova dogmata conciliarum decretis damnata, & à Christianâ republicâ explosa esse, veluti cum Evangelicis, & Apostolicis litteris pugnantia.

13. Hæc nomine Cæsareæ Majestatis Brandenburgicus ad protestantes: ex quibus liquidissimè constat ab eo, quem ipsi, utriusque tabulæ custodem & in materiâ Fidei Judicem admittebant, suas novas ad inventiones tanquam doctrinæ Evangelicæ repugnantibus esse anathematizatas; cujus utriusque tanquã à se delecti Judicis sententiæ stare secundum omnia jura tenentur: quod si ad Sacram Scripturam ejusque judicium appellare cupiant: illane se sola inter illos & nos sententiam feret? sed muta est, & ex ea, tanquam quæ Luthero est Liber Hæreticorum, omnes hæreses fabricantur, ad eamque omnes appellant: quis ergo eam explicabit? quis, an illa Reformationum, an protestantium doctrinæ faveat, palam edicet? utriusque

Impe-

Imperatorem, quem alias, utriusque tabulae custodem asserunt (si contra eos pronūtiat) Summum Pontificem, omnes Catholicos Episcopos, Reformati protestantes, & contra, vel quasi Sacram Scripturam non intelligentes, vel quasi partiales, & Summi Pontificis ambitioni nimis faventes rejiciunt: adeoque nil superest, quam quod utriq; contra omnia jura sint Judices in propriā causā, & de suā doctrinā adinvicē contrariante sententiam dicant inspirante non illo Spiritu, qui ex Deo, sed qui in se ipsum divisus est, cujus Regnum stare non potest.

### PROPOSITIO III.

*Summus Pontifex in Ecclesiasticis & secularibus Imperatori subiectus est.*

14. **V**Atiniano odio Lutherum flagrasse in summum Pontificem tota illius vita & historiae clamant; hinc non est veritus illum vocare *Antichristum* & Ecclesiam ex alto illi commissam *Sodoma Coluviem, Cathedram pestilentiae, Antichristianam, diabolicam*: imitatus nimirum exemplum-



plum tot Hæresiarcharum se præcedentium  
& comitantium, Berengarij, Wickleffi, Hæresium  
Fratricellorum, Waldensium &c. imo ultimum  
suum Sanctum vel quasi Spiritum  
flaturus, non omisit salutare summum Pon-  
tificem, inquit:

*Pestis eram vivus, moriens tua mors ero* Papa

Sed vacua fuit hæc illius in tantum à suis  
magni Germaniæ jaçtati Prophetæ vaticinatio:  
mortua est pestis Germaniæ & Religio  
nis, & vivit etiamnum Papa verus Vicarius  
Christi & Successor Petri, vivet quod domi-  
niat, cuius est vicarius judicare sæculum  
per ignem. Patriarcham suum Lutherum  
quotquot de illius professione sunt, egregie  
imitantur, conquistis undique argumentis  
ut summum Pontificem potestati sæculi  
contra omnem rationem subjiciant, imo  
quos Theodorus Reinkingh specialiter  
hoc allaborat *lib. 1. Class. 2. cap. 6.* imo  
turque probare *nunquam factam esse dona-*  
*tionem à Constantino, imo si facta esset, posse*  
*summam Pontificum ingratitude revocari*  
*Christum, cuius Pontifex est Vicarius*

assum

assumpsisse sibi dominia, sed dixisse discipulis Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic: & volentibus se facere Regem, fugisse in montem. Sed eadem argumenta à se ipso soluta mox ostendetur.

15. Summum Pontificem Episcopum Romanum pro spirituali capite orbis, & dignitate superasse dignitatem Imperialem illique non esse subjectum, omnes Sancti patres priorum sæculorum senserunt, uti paulo post fusius monstrabitur. Singularissimū est ejusdē à S. Bernardo, quem Lutherus summe deprædicat, ei datum præconium. Age inquit l. 2. de confid. cap. 8. ad Eugenium Pontificem, indagemus diligentius quis sis, quam videlicet personam geras pro tempore in Ecclesiâ Dei. Quis es? Sacerdos Magnus, Summus Pontifex. Tu Princeps Episcoporum, Hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, Authoritate Moyses, judicatu Samuel, Potestate Petrus, unctioe Christus. Tu es, cui claves tradita, cui oves credita sunt. Sunt quidem & alij Cæli fanitores & Gregum Pastores, sed tu tanto gloriosior, quanto & differentius utrumque

que

que præ cæteris nomen hæreditasti. Habent  
 sibi assignatos Greges, singuli singulos, tibi  
 versi crediti, uni unus. Nec modo ovium sed  
 Pastorum tu unus Pastor. Unde id proba  
 queris? ex verbo Domini. Cui enim non  
 Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic  
 solutè & indiscretè tota commissa sunt oves  
 me amas Petre, pasce oves meas: Quas?  
 vel illius populos civitatis, aut regionis,  
 certi Regni, Oves meas inquit: cui non  
 num non designasse aliquas, sed assignasse  
 omnes? nihil excipitur, ubi distinguitur nihil

16. Eadem mens fuit omnium tam Sa  
 ctorum Patrum etiam primorum sæculi  
 rum, quam Imperatorum.

S. Ignatius Martyr Christo & Apolto  
 cocævus ad Philadelphios scribens: Principes  
 ait subditi estote Cæsari, Presbyteri vero  
 Diaconi, & omnis Clerus simul, cum omni  
 pulo & militibus atque Principibus, sed  
 Cæsares obediant Episcopo &c.

S. Cyprianus unicam hæreseos & schism  
 tum causam eam judicat, quod sacerdo  
 summoque Pontifici non obeditur:  
 alinade ait Epist. ad Cornelium papam

nata hereses & orta schismata quam quod Sa-  
 cerdoti Dei non obtemperetur, nec unus in Ec-  
 clesiâ ad tempus Sacerdos, & Judex vice Chri-  
 sti cogitatur, cui si secundum mysteria fidei  
 obtemperaret fraternitas universa, nemo ad-  
 versus sacerdotum collegium quidquam mo-  
 veret.

17. Notum est illud in synodo Sinues-  
 nâ tempore Diocletiani accusante se ob  
 commissam timore suppliciorum idolola-  
 triam S. Marcellino summo Pontifice la-  
 tum decretum: *Prima sedes à nemine judi-  
 catur.* Quod renovatum est in secundâ syno-  
 do Romanâ hisce formalibus: *Nemo judica-  
 bit sedem primam, quoniam omnes sedes à pri-  
 ma sede justitiam desiderant temperari: neque  
 ab Augusto, neque à Regibus, neque ab omni  
 Clero, neque à populo Judex judicabitur.* Ad  
 quæ B. Ennodius Apologiâ pro Symmacho  
 Papâ: *aliorum forte hominum causas Deus vo-  
 luerit per homines terminare, sedis illius Præ-  
 sulem suo sine questione reservavit arbitrio.*  
*Voluit B. Petri Apostoli successores cælo tantum  
 debere innocentiam & subtilissimi discussoris  
 indagini in violatam exhibere conscientiam.*

G

S. Atha-

18. S. Athanasius Epist. ad solitariam  
tam agentes, de Constantio Ecclesiastica  
arrogante. Quid igitur ait hic quod An  
Christi sit omisit? aut quid ille ubi venerit p  
committere poterit? aut quomodo ille in  
ventu suo non repererit sibi expeditam  
ad dolos ab isto preparatam? siquidem jam  
nuo in locum Ecclesiastica cognitionis  
palatium constituit, earum causarum tri  
nal seque earum litium summum Pontificem  
& Authorem facit. Et paulò infra: Gra  
ait sunt ista & plus quam gravia, sed  
ejusmodi quæ congruunt in eum qui  
christi nomen induerit. Quis enim  
eum in discernendo Principem se facere  
scoporum & presidere judicijs Ecclesiasticis  
non merito dicat illum esse eam ipsam  
nationem desolationis quæ à Daniele p  
ta est.

19. S. Ambrosius lib. de dignitate sacri  
tij cap. 8. Honor. & sublimitas Episcop  
nullis poterit comparationibus ad  
Regum fulgori & Principum diademati  
pares longe erit inferius, quàm si plumbi  
tallum ad auri fulgorem compares: quæ

cum videas Regum colla submitti genibus sacerdotum. Et Epist. 1. ad Timoth. Cum totus mundus ait sit domus Dei, Ecclesia tamen domus Dei dicitur cujus hodie Rector est NB. non Imperator sed summus Pontifex Damasus. Et Epist. 13. ad Valentinianum Imperatorem: Quando inquit audisti Clementissime Imperator in causâ fidei laicos de Episcopis judicasse? ita ergo quâdam adulatione curvamur, ut sacerdotalis juris sumus immemores & quod Deus donavit mihi hoc ipse aliis putem esse credendum? si docendus est Episcopus à laico, quid sequetur? Laicus ergo disputet & Episcopus audiat? Episcopus discat à Laico? At certè si vel scripturarum seriem divinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causis fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare.

20. S. Gregorius Nazianzenus ad Imperatorem & nobilitatem si ait: sermonem suscipitis liberum Lex Christi vos mea potestati meoq; tribunali subjicit: imperamus enim & ipsi, addo imperio majori & perfectiori: nisi forte oporteat spiritum carni subesse, & cœle-

stia terrestribus cedere. Suscipe igitur vocem  
hanc liberiore ex me, & scito te esse ovem gra-  
gis mei, magni pastoris agnum.

21. Ex quibus clarissime elucet iur-  
mentem SS. Patrum primorum à Christi-  
sæculorum Romanum Pontificem non Im-  
peratoris, sed Imperatorem Romani Pont-  
ficis in Ecclesiasticis subesse tribunali. Scilicet  
tissimè proinde A catholici pro injustificabili  
lis defectiois suæ defensione causas Eccle-  
siasticas, sacrarum scripturarum interpreta-  
tionem, differentias in puncto Religionis  
ad Cæsaris deferri volunt tribunal. Nam  
modo ait *Basilii Imperator in Synod. 8. articulo*  
*Laicis licet de Ecclesiasticis causis sermonem*  
*movere neque penitus resistere integritati Ec-*  
*clesiæ & universali Synodo adversari: hoc enim*  
*investigare & querere Patriarcharum Pontifi-*  
*ticum & sacerdotum est, qui Regimini Ec-*  
*clesiæ sunt sortiti qui solvendi & ligandi potes-*  
*statem habent: qui Ecclesiasticas & cælestes*  
*adepti sunt claves, non nostrum qui pasce-*  
*bemus, qui sanctificari, qui ligari, vel a ligam-*  
*mento solvi egemus.*

22. Cui consentiens *Honorius Imperator*

tor ad fratrem suum *Arcadium* scribens, si quid inquit inter *Episcopos* agitur *Episcopale* oportet esse *judicium*, ad illos enim *divinarum rerum interpretatio*, ad nos *religionis spectat obsequium*: Qui etiam de post orto inter *Sacerdotes* dissidio illius *judicium* admittere noluit, sed ad futurum *Concilium* remisit. Et ante hos *Constantinus Magnus* ad *Synod. Arelat.* inter alia contra *Donatistas* sic scribens: *meum iudicium* postulant, qui ipse *Judicium Christi* expecto. Dico enim, ut se *veritas* habet. *Sacerdotum iudicium* ita debet haberi, ac si ipse *Dominus* residens *judicet*. Et ad *sacerdotes* in *Nicana Synodo* discordantes: tom. 21. *Concil. in Concil. paris. pag. 253.* *Deus* ait vos *constituit Sacerdotes*, & *potestatem* dedit de nobis quoque *judicandi*, & ideo nos à vobis rectè *judicamur*: vos autem non potestis ab hominibus *judicari*: propter quod *Dei solius* inter vos *expectate iudicium*, & *jurgia vestra* quaecumq; sunt ad *divinum illud* referentur *examen*.

23. *Constantinum* imitatus *Theodosius Magnus* *Macedonianos* perperam de *spiritus sancti divinitate* sentientes non ipse *judicans*,



dicans, sed synodo Constantinopoli convocata judicandos dimittens teste *Concil. Constantinop. primâ synodicâ ad Damasum.*

*Theodosius Junior* prioris ex *Arcadio* nepos suo tempore exortam Nestorianam heresim Episcopis Ephesi congregatis damnamandam relinquens, unde est illud *S. Prosperi Aquitanici lib. 2. de ingratis & pelagianâ heresi*

*Pestem subeuntem prima rescindit  
Sedes Roma Petri, que pastoralis honoris  
Facta caput mundo, quidquid nō possidet armen  
Religione tenet.*

24. In eandem sententiam concorditer ierunt Imperatores successores. *Gratianus* cum *Valentiniano & Theodosio* imperij confortibus in rescripto ad *Valerianum de Synodo Aquileiensi.*

*Martianus* in & de Synodo Chalcedonensi loquens *part. 3. cap. 3.* *Iustinianus* in Epistola ad Patres Synodi 5. generalis, *Constantinus* cognomento *Pogonatus* in Epistola ad Leonem II. quæ est in actis Synodi sextæ generalis Act. 11. Idem cum matre sua *Irene* sensit *Constanti-*

nus Sextus cognomento Porphyrogenitus, ut videre est in Epistola ejusdem ad Patres Synodi VI. generalis & est in actis ejusdem Act. 1. Et Carolus Magnus (à Christiano Nefanio Superintendente Bileveldiensi quasi Romanocatholicus non fuerit, sed Lutheranus jam pridem iniquè traductus) in Epistolâ ad Episcopos Hispaniæ in Actis Synodi Francofordiensis ubi ait *fussimus SS. Patrum Synodale ex omnibus undiq; nostre ditionis Ecclesiis congregari Concilium quatenus Sancta omnium unanimitas firmiter discerneret quid credendum sit de adoptione carnis Christi.* Quod idem clarissimis verbis asserit in præfatione sui capitularis Aquisgranensis.

25. Bene proinde dixit Didacus Saverdra Symbolo 24. *Etsi verò ad Regum officium spectat tueri in Regnis suis religionem, & verum Dei cultum promoveri, tanquam qui vicarij eius sunt in temporalibus, ut gubernationem ad majorem illius gloriam dirigant: illud tamen sciant oportet, non posse se de cultus & controversiis religionis decidere.*

*Hæc enim curâ ad caput Ecclesiæ spirituale*

directè pertinet, cui soli hanc potestatem concessit Christus: Regibus sola executio, custodia & defensio committitur eorum, quae ab ipso decreta & ordinata fuerunt: Quam Regem graviter increpabant Sacerdotes & severe castigabat Deus, quod incensum adolerent. Cultum divinum in toto corde Christiano informem esse, illud est quod ejus puritatem conservat: brevi nos deficiet veritas, si unicus Principum eam rationibus suis ac finibus commodare liceat. Distincta inter se jurisdictiones sunt spiritualis & temporalis. Hac illius auctoritate ornatur, illa verò hujus sequeitur potestate. Obedientia heroica est, qua noster se submittit vicario illius, qui scepra largitur & adimit. Gloriantur in eo licet Reges, quod statutis Patria subjecti non sint, attamen Decretis Apostolicis parere eos oportet. Tamen proinde Summum Pontificem secularium Principum iudicio subicere conantur Aetholici, claretque quam ineptè afferant.

#### PROPOSITIO IV.

*Principi Seculari competit jus instituendi  
Dies Festivus.*

## PROPOSITIO V.

*Principis Secularis est Ministros Ecclesie  
vocare & per se vel alios visitare, &  
differentias in materia fidei decidere.*

26. **D**ixi secularis, quin enim hæc com-  
petant Catholicis Principibus Im-  
perij, qui simul sunt Episcopi nulli dubium  
est, nec abnuunt ipsi adversarij.

Primam harum Assertionum habet *Rein-  
kingh lib. 3. Class. 1. cap. 2.* Sed eam non pro-  
bat, nisi ab exemplo *Moyfis, & Davidis*, quæ  
Exempla à veteri testamento deprompta in  
novo nihil convincunt cum lex vetus, quo-  
ad ceremonialia sit abrogata.

Secundam quoad primam partem. *loc. cit.*  
*cap. 6. Ad Principis potestatem Ecclesiasti-  
cam ait pertinet cura vocationis, visitationis,  
sustentationis, & protectionis ministrorum.*  
Cum hac nihilominus differentiâ, ut ipsa vo-  
cation non ad Principem, sed Ecclesiam spectet:  
Illi enim data sunt *claves Regni coelorum,*  
adeoq; potestas vocandi ministros, idque pro-  
bat ex *Matth. 18.* quod tamen caput exprel-

G s

se con-

se contrarium monstrat: nam illo loco *Christus* Discipulis, non Ecclesiæ istam potestatem dedit; imò distinctionem facit inter ipsos & Ecclesiam: postquam enim dixisset, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut *Ethnicus & Publicanus*, mox ad Discipulos: *Quæcumque* ait *allegaveritis &c.* Vnde licet ante hac populi consensus, vel etiam electio ad vocationem prærequireretur, nunquam tamen ipsa vocatio & ordinatio, quæ est primarius actus Jurisdictionis Ecclesiasticæ ab alio, quam Episcopo, qui solus illius capax est, fieri potuit.

27. Proinde hoc ipso, quo claves Ecclesiæ suis Principibus tollit *Reinkingh*, & tradit Ecclesiæ, eo ipso præensam, & ante illis attributam potestatem Episcopalem tam Jurisdictionis, quam ordinariam omnino convertit. Sic quoque per hoc, quod jus reformandi religionem non ex mero & nudo Principis arbitrio dependere, sed Ecclesiæ consensu fieri debere asserit, directè *Instrumento Pacis §. 29.* Quoad *Comites, Barones* cum ibi nulla Ecclesiæ fiat mentio, & illi in quo se principaliter fundant asserto: *Capitulum Regio,*

Regio, illius est Religio, contradicit. Principis enim, non subditorum est Regio, ergo & Religio. Nimirum cum missionem legitimam, ad Ecclesiæ Ministros necessariò requisitam ob defectionem à Catholica religione (apud quam tempore Lutheri juxta concessionem ipsiusmet *Reinkingh* hic num. 22. potestas mittendi erat) probare nequeant, alios modos se extricandi quærunt: asserentes Ecclesiam in terris militantem, illiusque Dominium, non Monarchium, sed vel Aristocraticum, vel Democraticum esse: cum tamen Ecclesia Catholica in terris militans assimiletur Ecclesiæ in cœlis triumphanti, quæ est perfectissimè Monarchica: *Monarchia* enim, ut ait *Boxhornius* in *stit. polit. lib. 2. cap. 2. Respublica est, in quâ uni alicui & soli suprema potestas & præcipua Imperij cura demandata est*: illa autem in Ecclesiâ triumphante Deo Opt. Max. in militante Summo Pontifici, tanquam Christi in terris vicario in verbis, *Pasce oves meas* demandata est: ab eoque omnis potestas Ecclesiastica, sive illa jurisdictionis, sive ordinaria sit ad Episcopos; ab his ad Sacerdotes, Pastores &c. derivatur. 28. Sed

28. Sed ecce potestatem clavium, quam loco jam citato Ecclesiæ attribuerat in *lib. 3. cap. 10. class. 1.* iterum Ecclesiæ aufert & principibus largitur: *In his itaq;* inquit, *quæ ordinis sunt, ut est prædicatio publica verbi divini, Administratio Sacramentorum potestas ligandi & absolvendi, quæ clavium dicitur, & ipsum ministerium respiciunt, Principes & status Augustanæ confessionis secularis se ipsos intromittunt; sed curam & potestatem externam circa hæc usurpant, ut per Superiores & ministros Ecclesiæ, secundum ordinem divinitus institutum ad normam Evangelicam decenter perficiantur. Ea verò quæ sunt jurisdictionis Ecclesiasticæ & legis Divinæ cesanæ per consistoriales expediunt. Vbi vides omnia tam quæ sunt ordinis, quam jurisdictionis Principi attribui, cum alij nomine ipsius faciant: quod autem quis facit per alium per se ipsum facere censeatur Reg. juris in. 6.*

29. Alteram partem secundæ propositionis docet, *lib. 3. class. 1. cap. 1.* ubi inter alia hæc habet: *unde apparet novum esse & recentiori traditione calentem Pontificiorum doctrinam*

nam, quæ solis Clericis relicta scripturarum le-  
 ctione, nec in vulgari sermone vertendam, nec  
 Laicis legendam pleno ore vociferantur, ut eos  
 melius fascinentur & diutius variæ traditio-  
 nis prestigiis eludantur Laici. Cujus causam  
 dat numero 28. præstat enim inquit ex limpi-  
 dissimis sacrarum litterarum fontibus bibere  
 hianti ore, quam ex cœnosis traditionum lacu-  
 nis. Cum enim puram licet haurire aquam, lu-  
 tum quis mallet? Et sane miseri essemus im-  
 mortalitatis candidati, si fides nostra in tam  
 lubrica & ludicra traditionum humanarum  
 cymba, quæ cuivis, vel levissima aura ludibrio  
 objiciatur, ad portum salutis nunquam passa  
 naufragium deberet appellere: Sed gravissi-  
 mæ sunt hæ Ecclesiæ Catholicæ impactæ ca-  
 lumniæ & antiqua Hæreticorum resuscitata  
 cantilena: illi præstigiare prorsus conantur,  
 qui suis sequacibus scripturam sacram cla-  
 rissimam esse clamant, & tamen quotidie  
 eam in scholis explicant: qui ipsam scriptu-  
 ram esse talem sine traditione probare ne-  
 queunt, qui se solâ scripturâ contra Hæreti-  
 cos nequaquam defendere possunt: Et quæ-  
 so unde novit *Reinkingh* suum Patriar-  
 cham



cham *Lutherum* rectè & legitimè vocatum, & in Ecclesiâ Catholicâ fuisse potestatem legitimæ vocationis nisi ex traditione?

30. Ad S. Scripturam appellare & traditiones rejicere omnibus hæreticis solenne semper fuit, unde etiam ab ipsomet *Luthero* scriptura liber hæreticorum est appellatus. *Lutherus, Calvinus, Menno, Arminius, Fovinianus* omnesque hæretici scripturam sacram per se claram & manifestam clamitant, interpretatione non egere, & nihilominus unus ab alio in substantialibus fidei dissentit articulis, unusque alteri, quod scripturam non intelligat, maleque interpretatur, exprobat. Vnde bene *Augustinus* lib. 1. de Nuptiis & concupiscentiâ cap. 31. Memoret ait neminem hæreticorum esse, qui se non secundum scripturas prædicare ea, quibus blasphematur, mentiatur. Hinc enim *Marcellus* Dei verbum cum legit, nescit: hinc *Photinus* hominem *JESUM Christum*, cum loquitur ignorat: Hinc & *Sabellius*, dum quod Ego & Pater unum sumus non intelligit, sine Deo patre est: hinc *Montanus* per insanas fæmentas *Paracletum* alium defendit: hinc & *Ad-*

nichens & Marcion legem odit, quia littera occidit, & mundi Princeps Diabolus est. Omnes scripturas sine sensu loquuntur, fidem sine fide pretendunt: scripturae non in legendo sunt, sed in intelligendo.

31. Appositè proinde ad refutationem eorum, qui traditiones rejiciunt ait S. Basilus lib. de script. S. cap. 27. Dogmata, quae in Ecclesiâ predicantur, quaedam habemus è Doctrina scripto prodita, quaedam rursus ex Apostolorum traditione in mysterio, id est in occulto tradita recepimus: quarum utraque partem vim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sane vel tenuiter expertus est, quae sint jura Ecclesiastica. Nam si consuetudines scripto non proditas tanquam haud multum habentes momenti conemur rejicere, imprudenter gravissimum Evangelio detrimentum inferemus, imò potius ipsam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus.

PROPOSITIO VI.

Imperatoris non Summi Pontificis est, convocare Concilia.

32. Hanc

32. **H**anc assertionem ponit Reinkingius  
 lib. 3. class. 1. c. 4. *Ad curam inquit*  
*Principis Ecclesiasticam pertinet curare,*  
*errores perniciosi & schismata in Ecclesia*  
*inducantur, inducta foveantur ac dissensionibus,*  
*& inanibus contentionibus purus Dei cultus*  
*impediatur & candida sponsa stola defor-*  
*detur. Ortis autem erroribus, dissensionibus,*  
*schismatibus, nihil ad conciliandas dissensiones,*  
*& extirpandos errores salubrius est, quam*  
*Conciliorum convocatio. Et paulò post a-*  
*uthoritas convocandi concilia, non ad Pontificis,*  
*sed ad supremi Principis curam Ecclesiasticam*  
*pertinet. Idque probat exemplis non*  
*Testamenti Constantini Magni, Theodosij Senioris,*  
*Theodosij Junioris, & Marciani Imperatoris:*  
*quasi ij quatuor Concilia Generalia Nicenum,*  
*Constantinopolitanum, Ephesinum & Chalcedonense,*  
*quò sequuntur ordine convocarint directè contra sui similem supra*  
*Art. 5. prop. 13. allegatum Iustum Sprengerum*  
*additque Carolum Magnum in concilio damnasse Iconomachiam.*  
*Et in libello supplicii in Comitibus Francofurtensibus An. 1609*  
*exhibito inter cætera Lutherani asserunt*

Carolum

*Carolus Magnus nullâ habitâ Pontificis Romani ratione in suis provinciis, quas vel armis subegerat, vel hereditate adierat, subinde Concilia Ratisbonæ, Rhemis, Turone, Cabilone, Parisijs, Arelate, Compostella, Regiâ auctoritate convocasse &c.* Imò & hoc motivo ansam sumpserunt Concilium Tridentinum impugnandi, tanquam non fuerit œcumenicum, eo quod ipsum non auctoritate Cæsaris, ut olim, sed Papæ Convocatum, nec liberum, nec bono reipublicæ Christianæ, sed tantum ad Majestatem Romanæ Curia stabilendam, congregatum fuerit.

33. In hisce igitur tria asserunt: *Primo* Concilia ante hac non auctoritate Pontificis, sed Imperatorum convocata. *Secundo* Concilium Tridentinum ex defectu hujus non fuisse œcumenicum idque *Tertio* quia non liberum, nec bono reipublicæ institutum.

Quod ad primum attinet falsissimè tam *Carolo Magno*, quam aliis Imperatoribus imponitur per illos nullâ habitâ ratione Summi Pontificis convocata concilia: præter enim supra citatos Imperatores contrarium ostendunt.

34. I. Valentinianus III. ad Collegam imperij Patrem suum in Epist. quæ est in Actis Synodi Chalcedon. scribens: *fidem à Majoribus nostris traditam, debemus Nos cum omni competenti devotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis B. Apostolo Petro intemeratam in nostris temporibus conservare: quatenus Beatissimus Romane Civitatis Episcopus, cui Principatum Sacerdotij, super omni antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide ac Sacerdotibus judicare.*

35. Valentiniano succedat Marcion Augustus ad Papam Leonem Magnum scribens Reverendissimos Viros ait, quos ad nostram civitatem Sanctitas sua direxit, libenter, & sine decebat animo grato suscepimus; superest, si placuerit tuæ Celsitudini in has partes venire & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: nostris utiq; desiderijs vestra Sanctitas satisfaciet, & sacre religionis utilia, decernet. Si verò hoc onerosum est, tu ad has partes advenias, hoc ipsum nobis Sanctitas proprijs literis manifestet; quatenus in omnem orientem, & in ipsum Thraciam, & Illyricum Sacre nostre literæ dirigantur, ut

ad quendam definitum locum, ubi vobis placuerit, omnes Sanctissimi Episcopi convenire, & quæ Christianorum religioni, atque Catholica fidei profunt, sicut sanctitas tua secundum Ecclesiasticas regulas definierit, suâ dispositione declarent.

36. Eodem modo Justinianus in Epist. ad Joannem Pontificem quæ habetur in Tomo 3. Concil. general. semper nobis fuit magnum studium unitatem vestre Apostolica sedis & statum Sanctarum Dei Ecclesiarum custodire: quæ hætenus obtinet, & incommotè permanet nullâ intercedente contrarietate: Ideoq; omnes Sacerdotes universi Orientalis Tractus & subicere & unire sedi vestre Sanctitatis properavimus. In presenti ergo, quæ commota sunt, quamvis manifesta, & indubitata sunt, & secundum Apostolica vestre sedis Doctrinam, ab omnibus semper Sacerdotibus firmè custodita & predicata necessariûm duximus, ut ad notitiam vestre Sanctitatis perveniat, nec enim patimur quidquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit, quod moveatur, ut non etiam vestre innotescat Sanctitati, quæ caput est omnium Ecclesiarum

37. Testatur *Marcellus 1.* in Epist. ad Orientales Apostolos inspirante Domino scripsisse: ut nulla Synodus fieret præter Sedis Apostolicæ auctoritatem: sed & *Dioscorus Patriarcha Alexandrinus*, quia ausus fuerat facere Synodum sine sedis Apostolicæ auctoritate in synodo Chalcedonensi repulsus fuit, ne inter alios Episcopos consideret. In concilio quoque Francofordiensi sub *Carolo Magno Can. 1.* fatentur Patres concilij se convnisse Apostolicâ auctoritate & piissimi Regis *Caroli* Jussione. Claret proinde unicum quod sub *Carolo Magno* celebratum est generale Concilium auctoritate Apostolicâ esse servatum: quod verò provincialia & particularia Concilia, hinc inde celebrata curarint nihil præjudicat auctoritati Pontificiæ, cum talia sine illius consensu & approbatione nullum vigorem habeant.

38. Ex quibus apparet *Reinkingij*, & aliorum, quos citat, fundamenti ad impugnationem Concilij Tridentini quasi non fuerit œcumenicum allati falsitas: & piissimæ memoriæ *Carolus V.* quem tanti fecerunt omnes: ut Germani eum *Carolus Magnus*

Galli *Herculem*; Itali *Davidem*; Siculi *Scipionem Africanum*; Hispani *Alexandrum Magnum*; Turcæ *Julium Cæsarem*; & Africani *Hannibalem* vocarent; Inhæſiſſe veſtigis Antecęſſorum ſuorum, cum de negotio fidei iudicare noluit, ſed id dubio procul ad Summum Pontificem & ſedem Apoſtolicam pertinere aſſeveravit, in edicto Wormatienſi 1521. hiſce formalibus: *Ad honorem Omnipotentis Dei, Romaniq; Pontificis, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ debitam Reverentiam, pro Imperialis dignitatis officio ac debito, nec non zelo & ſtudio, quo Majorum noſtrorum more, & ingenitâ nobis vi, ad deſenſionem Catholicæ fidei Sanctæq; Romanæ & univerſalis Eccleſiæ honorem, tutelam & protectionem, omnes noſtras vires, & facultates, Imperium, Regna, Dominia, Amicos, vitam deniq; & animam ipſam noſtram, exponere ſumus parati: ex imperiali & Regiâ autoritate, nec non conſilio & aſſenſu Electorum, & omnium Sacri Romani Imperij Principum, ordinum & ſtatuum in hac celeberrimâ & frequentiſſimâ Imperiali Dieta Wormaciæ congregatorum ad perpetuam rei memoriam,*  
exequen-



exequendo Sanctissimi Domini nostri Patris  
 veri in hac parte iudicis sententiam, Decretum,  
 & condemnationem in literis Apostolicis  
 ad nos directis contentam, Martinum Lutherum,  
 ut membrum ab Ecclesia Dei abalienatum,  
 ut obstinatum, Schismaticum & Notum  
 Hereticum à Nobis haberi declaramus  
 & ut talem à vobis omnibus & singulis habendum  
 decernimus, & edicimus.

39. Omitto hic, quod illa etiam concilia,  
 quæ Lutherani tanquam œcumenica  
 bificum admittunt sic definiverint, & in  
 xi servaverint: inter Canones enim præter  
 Concilij Nicœni hic unus fuit: non debet  
 præter sententiam Summi Pontificis Romanæ  
 Cœcilia celebrari. Nullum quæ Oecumenicum  
 Concilium hucusque sit servatum, cuius  
 confirmatio à Romano Pontifice petita  
 data non sit, magis quæ credendum Con-  
 cilio Tridentino se legitimum & spiritu  
 sancto, congregatum in omnibus sessionibus  
 asserente, quam contrarium asserentibus  
 eodem condemnatis Hæreticis.

40. Ad Tertium assertum, quod auctoritas  
 ejus contrarium evincit ipsum Concilium  
 Tridentinum.

Tridentinum sessionibus 13. 15. & 18. & refert  
 Possevinus Tom. 1. Bibliotheca selecta lib. 7. cap.  
 18. Coacta est œcumenica Synodus Tridenti in  
 liberâ civitate interfuere Principum pene o-  
 mnium Christianorum Legati, fides publica  
 data, Judices iisdem & Assessores fuere, qui ab  
 Apostolorum seculo semper fuerunt, & quos  
 ipsi Heretici Augusta legitimos esse confessi fue-  
 rant. Si quis Tridentum venit ex protestanti-  
 bus, impunè abiit, licet perstiterit in suâ perti-  
 naciâ. Ex omnibus interim partibus, intrepidè  
 concurrerunt Episcopi, per media maria, &  
 Regna, quæ non minus bellis, quam illa flucti-  
 bus & pyratis excurrentibus fervebant. Soli  
 Apostata demorantes cum suis monialibus non  
 venerunt. Sed interim moverunt bella, Civitates  
 ademerunt Imperio, cœnobîa erasere, fœtus  
 multiplices Heresum pepererunt, viam ad  
 Atheismum spatiosam & latam compla-  
 narunt.

41. Ruunt proinde Argumenta ex ad-  
 verso per Reinkingh proposita tantò certius,  
 quantò supra clariùs remonstratum, Juris-  
 dictionem Episcopalem & Ecclesiasticam  
 de Jure divino Principibus non competere  
 sed

sed illis, quibus à Christo Domino tradite sunt, claves Regni Cœlorum, quique sunt Successores Christi & Apostolorum, tantam quam primorum Episcoporum.

## PROPOSITIO VII.

*Heretici extremo supplicio nequaquam puniendi.*

**T**heodorus Reinkingh. lib. 3. class. 1. cap. postquam essentialia hæreseos, quæ scilicet sit error pertinax Catholicæ fidei contrarius in illo, qui fidem Christi profitetur per partes explicasset, tandem numerus seditiosus verò ait & Blasphemus Hereticus aliquid moliatur & publicæ blasphemiam majestatem evomat, puniri pro delicti gravitate potest: hæc enim res mali exempli est non toleranda l. Exemplo Cod. de prol. Episcopi fidem nemo cogi debet, externa tamen disciplina conservanda est, ne liceat petulantibus turbare ordinem Ecclesiæ, & disciplinam Christianam &c. Tales ait Heretici sunt Apostata, in quos de novissimis Imperij constitutionibus gladio ultore animadvertitur.

42. Christianus Liebenthal in suo Collegio Politico Exercit. 13. quæstionem hanc proponit, & mox affirmativam ait quæstionis partem tenent, qui ubera Antichristi sugunt, Pontificij sanguisuga &c. Cui merito replicetur: negativam partem tenent, illorum Fautores & Patroni si non imitatores quos.

Cyprianus Martyr vocat Antichristos & linguas Diaboli venenatas.

Synesius: Sathanae Apostolos.

Basilus Magnus: Satanae progeniem.

Ignatius Martyr: Diaboli propaginem.

Gregorius Nissenus: malos cauponatores.

Augustinus: Adjutores, & filios Diaboli.

Lactantius: Dæmoniacis fraudibus irreveros.

Nazianzenus: Chorum & propugnaculum Diaboli.

Bernardus: Predones habitu ones: astu vulpes, crudelitate lupos.

Athanasius: Diaboli, ejusq; Dæmonum amicos.

Tertullianus Idololatrias cum magis circulatoribus & astrologis negotium habentes.

Hæreticos inquam ipso suo patrocinio

H quanto

quanto charitatis vinculo illis connexi sunt, ostendentes & se suspectos reddentes.

43. Sed Hæreticos iuste extremo supplicio & capitali sententiâ affici, constans Ecclesiæ & Sanctorum Patrum opinio fuit: unde *Roffensis* contra *Articulum 33. Lutheri*, nequaquam ait. Neoterica est heresis ista, quippe, quæ multos jam annos vexavit Ecclesiam: & paulò post: quis ait tam imprudens est, ut lupos cum ovibus committat? sed inquit, alind est arcere, aliud interimere; Arceri licet, nam hoc permisit Christus: at interimere non licet, Ego quidem interimendos opinor, ubi aliter non potes salvare Gregem. Quis enim rapacem lupum, ubi Gregi metuit suo, non prius occiderit, quam sinat oves ab eo dilaniari? quis est, qui nesciat, quod Pastori charior esse debeat suarum ovium salus, quam luporum vita? Quamobrem si liceat feras non arcere modo, sed etiam interimere ne pecudibus nocent, multo magis id licebit de Hæreticis statuere, ne tantam animabus sanguine Christi redemptis inferant perniciem. Nam quâ precor aliâ ratione Christiano Gregi contra istos lupos succurrere poterit? Num censuris Eccle-

sanctorum

est

fasti-  
nis re-  
nec h-  
tera  
carce-  
pti su-  
mitta-  
ta fue-  
44  
lib. 3  
va est  
si fom-  
quam  
saltus  
modic-  
persu-  
in illi-  
Ita D  
duos a  
paula-  
vulga-  
tum co-  
statim  
mentu-  
de put

fasticis? sed has ipsi contemnunt, An amissionis rerum suarum metu? sed isti nec Deum nec hominem metuunt. An exilio? sed per literas poterunt haereses suas disseminare. An carceribus? at custodes crebro per ipsos corrupti sunt. Breviter, quocunq; loco vivere permittantur, nunquam ab ipsorum dentibus tuta fuerit Christiani Gregis salus.

44. Cujus verbis praeludit S. Hieronymus lib. 3 in cap. 5. ad Galatas. Scintilla ait res parva est, & pene, dum cernitur, non videtur; sed si fomitem comprehenderit & nutrimenta sui, quamvis parvus ignis moenia, urbes, latissimos saltus, regionesq; consumit. Fermentum res modica videtur, & nihil, sed cum farinam conspersum totam massam suo vigore corruperit, in illius vim transit omne, quod mixtum est; Ita Doctrina perversa ab uno incipiens vix duos aut tres in exordio reperit, Auditores, sed paulatim, ut cancer serpit in corpore, & juxta vulgare proverbium, unius pecudis scabies totum commaculat Gregem. Igitur & scintilla statim ut apparuerit extinguenda est, & fermentum a massa viciniâ semovendum; secunda putrida carnes, & scabiosum animal a cau-

lis ovium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant: Et Augustinus Epist. 89. Timendum est, ne plures putrescant, dum putribus parcitur. Quanam est ista misericordia non parcere & innumeros, imò omnes in discrimen adducere, non misericordia sed crudelitas est.

Merito proinde à Leone Decimo & Concilio Constantiensi, sess. 25. condemnatae sunt ambæ sequentes Joannes Huss & Lutheræ propositiones.

### PROPOSITIO VIII.

Doctores ponentes, quod aliquis per Censuram Ecclesiasticam emendandus corrigi noluerit, seculari iudicio tradendus: pro certo in hoc sequuntur Pontifices, scribas, & Phariseos, qui Christum seculari iudicio tradiderunt & tales sunt Homicidae graviores perlati.

Propo-

## PROPOSITIO IX.

*Hereticos comburi est contra voluntatem spiritus.*

45. **P**rimo, quia Idololatri & maleficis justæ pœnam mortis infligi, ipsi Adversarij fatentur, *Maleficos enim ait Deus Exodi 22. non patieris vivere: unde Philofusus lib. de specialibus legibus, lex ait: vult veneficos & veneficas ne unum quidem diem vivere, sed mori, quamprimum deprehensi fuerint, nec ullo pacto differri supplicium: certum est autem Hæreticos longe magis nocivos, quam maleficos, cum peius sit animas, quam corpora intoxicare. Augustin. contra Epist. Parm. lib. 1. cap. 10. Quid istis ait videtur, (intelligit Hæreticos) ut crimen Idololatriæ putent juste ab Imperatoribus vindicari: aut si nec hoc volunt, cur in veneficos vigorem legum exerceri juste fatentur: in Hæreticos autem, atq; Schismaticos impiâ dissensione nolunt fateri, cum in iisdem iniquitatis fructibus auctoritate Apostolicâ numerentur.*

Secundo Fures & Latrones juste interimi, &

H 3

ex-



extremo obnoxios supplicio omnibus notū est, sed Hæretici fures sunt & latrones qui teste Christo *non intrant per ostium, sed aliam viam ascendunt: qui veniunt, ut furentur præstantissimum animæ thesaurum & mactent animas*

46. Tertio teste *Reinkingh* conformiter Imperij constitutionibus Blasphemi extremo supplicio rei sunt juxta illud *Lematici* *qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur*: Eo quod propter talia delicta Deus provocatur ad Iracundiam, & Respublica læditur. At numquid non læditur ab Hæreticis Respublica, & Deus ad iracundiam concitatur? An non Blasphemi Hæretici? An non Blasphemus *Arrius*, Filio Dei divinitatem tollens? An non Blasphemus *Manicheus* præter Deum aliud rerum creaturarum principium constituens? An non Blasphemus *Calvinus* omnipotentiam Dei impugnans? An non Blasphemi &c. aliarum antiquarum Hæresum suscitatores & novarum inventores?

47. His pro conclusione accedat *Doct. Angelicus* 22 q. 11. a. 3. in corp. *Circa Hæreticos ait: Duo sunt consideranda, unum ex parte ipsorum*

ipforum, aliud vero ex parte Ecclesie. Ex parte ipsorum est peccatum, per quod meruerunt non solum ab Ecclesia, per excommunicationem separari: sed etiam per mortem à mundo excludi: multo enim gravius est corrumpere fidem, per quam est anima vita, quam falsificare pecuniam, per quam temporali vite subvenitur, unde si falsarii pecunia, alijq; malefactores statim per seculares Principes juste morti traduntur, multo magis Heretici statim ex quo convincuntur de Heresi possunt non solum excommunicari, sed & juste occidi.

Quibus concordant tot sacra scripturae Deut. 17. Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, non aliunde autem ortas Hæreses, quam quod Sacerdoti Dei non obeditur: ostensum supra est, ex Cypriano. Dan. 3. Jussit Nabuchodonosor omnes occidi, qui blasphemarent Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, & Artaxerxes: Esdra 7. omnes illos, qui non fecissent legem Dei, quem colebat Esdras.

Moses mansuetissimus hominum, qui sunt in terra, adjunctis sibi Levitis, omnes

vituli aurei adoratores interemit. *Exod. 32.*  
*Elias* ipse quadringentos Prophetas *Baal*  
 propria manu interfecit. *3. Reg. 18.* *Matathias*  
 Sacerdos Judeum idolis sacrificantem super  
 ipsam aram trucidavit *Machab. 2.* *Sannasibolus*  
 Idololatram Regem *Agag* in frustra concidit  
*1. Regum 15.*

Sed distinguunt Adversarij inter Hære-  
 ticos seditiosos, & pacificos, ut priores re-  
 pellantur, & in Exilium mittantur, non te-  
 men mortis pœnâ afficiantur, posteriores  
 aliter fieri non possit, permittantur: Sed fru-  
 stra hæc distinctio adhibetur: Hæreticos enim  
 ex naturâ suâ ad seditionem inclinari  
 testantur acta *Arrij*, & illi adhærentium, qui  
 totum quasi orbem flammâ suâ devastarunt,  
 non spirituali solum paci reipublicæ, sed &  
 temporali bono summe nocivi: & ingem-  
 scens orbis terrarum se *Arrianum* esse, ne-  
 sciebat inquit *S. Hieronymus* & *Vincentius*  
*Lyrensis cap. 6.* *Tunc ait temerata conjuges,*  
*depopulata vidua, profanata virgines, Mona-*  
*steria demolita, acti in exilium Sacerdotes, im-*  
*pleta sanctis ergastula, carceres, metalla, quæ*  
*pars maxima interdictis urbibus protrusi,*

que extorres inter deserta speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti, affecti, contriti, & labefactati sunt. Idem de Hæreticis Donatistis refert S. Augustinus lib. 3. contra Julian. cap. 1. Illorum inquit furor occupavit Africam totam, nec prædicari à Catholicis veritatem contra suum errorem patiebantur: violentis aggressionibus, Latrocinationibus, rapinis, ignibus, cædibus, multa vastantes, cuncta terrentes. Quid Calvinismus in Galliis & Belgio, Lutheranismus in Romano Imperio motuum & turbationum causaverint, plus quam notum est.

50. De Lutero in Edicto Imperiali testatur Carolus V. Eum contemnere auctoritatem Sanctorum Patrum qui ab Ecclesiâ recepti sunt, tollereq; funditus obedientiam ac politiam Ecclesiasticam. Denique universaliter nihil aliud spirare ejus scripta quod non seditionum, distractionum, bellorum, cædium, rapinarum, exustionum & occasus fidei Christiane materiam causamq; præbeat. Et paulò post: Nec erubescit ait palam petulanterq; SS. Concilia perstringere proq; animi sui morborum taxare, deformare, ledere. Sigismundum

H 5

Imp.

*Imp. Sacriq; Rom. Imperij Principes atq; senatum publicum Antichristos, Diaboli stolos, parricidas, Phariseos nominat. Ne cetera studio brevitatis, innumera flagitia Lutheri ordine prosequamur: constat hunc cum non hominem sed dæmonem potius figuræ & specie humana cuculloq; monastico indutum complurium hereticorum damnatas hæreses quæ tam diu obsoleverant in unam quasi lænæam paludem coëgisse.*

51. *Ecce illius quem Lutherani utriusque tabulæ custodem, & caput Ecclesiæ voluerunt de Pseudo Patriarcha Luthero testimonium non ab similo Lutheranis attribuit Erasmus Rotherodamus in Epist. ad Vulturium Neocomum pridie non. Novembris 1519 factatis vos ait Evangelicam veritatem plus mille annis sepultam revocare nobis incertum. Si verum dicitis, difficilius negotium agitis quam Apostoli. At in his quæ vos conveneritis, quid obsecro vel absurdum, vel ridiculum? Aut quis unquam Prophetes prædixit futurum, ut totus orbis ignoraret Christum a Apostolis prædicatum, ac pro Deo coleret idolatrum quotquot in Apostolorum vicem successerunt*

rant excœcati, nihil viderent in SS. literis, de-  
inde post 1300. annos à nescio quibus novis E-  
vangelistis ad veritatis cognitionem revoca-  
rentur. Vos strenuè clamatis in luxum Sacer-  
dotum, in ambitionem Episcoporum, in tyran-  
nidem Rom. Pontificis, in garrulitatem Sophi-  
starum, in preces, jejunia & Missas. Nec ista  
purgari vultis sed tolli; Zizaniam evellitis  
cum tritico, aut, ut melius dicam, triticum e-  
vellitis pro zizaniis. At quid interim nobis  
profertis melius & Evangelio dignius, ut ab  
assuetis recedamus? Circumspice populum i-  
stum Evangelicum, & observa, num minùs il-  
lic indulgeatur luxui, libidini & pecunie,  
quàm faciunt ij quos detestamini. Profer mihi  
quem istud Evangelium ex commessatore so-  
brium, ex feroci mansuetum, ex rapaci libera-  
lem, ex maledico benedicum, ex impudico red-  
diderit verecundum. Ego tibi multos osten-  
dam, qui facti sunt seipsis deteriores. Nunquam  
illorum ingressus sum Ecclesias, sed aliquando  
vidi redeuntes à concione veluti malo spiritu  
afflatis, vultibus omnium iracundiam ac fe-  
rociam miram præ se ferentibus. Sic opinor di-  
scedunt milites à concione ducis ad prælium.

H 6

Quis

Quis unquam vidit in illorum concionibus  
 quenuquam pro peccatis suis fundentem lacry-  
 mas, tudentem pectus, aut ingemiscentem? Au-  
 rogata est confessio, sed interim nec Deo quod-  
 dem confitentur plurimi. Abiectus est cum  
 junis ciborum delectus, sed interim quatuor  
 indulgent crapula, & ita quidem effugerunt  
 Judaismum, ut coeperint esse Epicurei. Si liber-  
 tatem Evangelicam amplectimur, sic excutimus  
 mus jugum Legis, ut Charitas plus ultro pro-  
 stet quam Lex imperabat. Excussum est  
 jugum humanarum constitutionum, sed ubi  
 qui submiserunt cervicem suavi jugo Domini.  
 Et interim constitutiones humanae constitu-  
 tionibus humanis, imò parum humanis muta-  
 tur. Titulus modo mutatus est: vocantur enim  
 verbum Dei: ceterum res a deo nihil est mutatum  
 ut complures boni viri preferant, ulterius  
 exilium isti magnifice decantata libertate  
 Magis vereor, ne plerique pro gravi jugo bo-  
 minum portent gravius jugum Diaboli. Exc-  
 cussa est obedientia Episcoporum, sed ita ut  
 profanis quidem Magistratibus parentur. Quod  
 lim Christiani sub Ethnicis principibus quibus  
 vivebant. At iste populus tam Evangelicus

etiam *Turcarum Principi* dicitur detestabilis, quem ait *Seditioni natum*. Quos subinde tumultus excitat? quoties, quam levibus de causis procurrit ad arma: ne suis quidem Ecclesiasticis satis obtemperans, nisi dicant blanda auribus, profligandi etiam si liberiùs in vitam illorum invehantur, aut ab opinione dissentiant. Nunc circumspice mihi soliditatem istam Evangelicam, quot habet adulteros, quot temulentos, quot aleatores, quot aliis vitiis deditos? Et hos quidem habent etiam in deliciis, tantùm abest ut vitent. Apostoli quò magis vacarent Evangelio, aut abstinebant ab uxoribus, aut legitime ductas vertebant in sorores. Nunc floret Evangelium, quo Sacerdotes & Monachi contra leges certè humanas, contra professionem suam ducunt uxores. Condonetur hoc. Circumspice, num castiora sint eorum conjugia, quam aliorum quos ducunt pro Ethnicis. Stultum est mala mutare malis, dementis etiam mala mutare deterioribus. Atque interim dum neminem amant præter sese, dum nec Deo, nec Episcopis, nec Principibus ac Magistratibus obtemperant, dum Mammonæ, gula, ventri & inguini serviunt, postulant haberi



pro Evangelicis, & Lutherum magistrum  
preferunt. At qua fronte Lutherum magi-  
strum agnoscunt, qui, quod precipue docet  
inculcat Lutherus, in primis negligunt? Fidem  
ubiq; predicat Lutherus. Ea ubi est, otiosa  
non potest, operatur per Charitatem, nec opera-  
tur nisi bonum. Spiritum ubiq; predicat Lu-  
therus, at qui sunt fructus Spiritus? Charitas,  
gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas,  
longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, con-  
tinentia, castitas &c.

52. Quod si dicas plures esse Hæreticos  
qui pacifice vivunt, ad suam sectam mem-  
bram cogentes: illis & omnibus Hæreticis  
merito respondetur, quod S. Augustinus in  
Iuliano inaniter gloriantem absit à nostrâ con-  
scientiâ, ut ad nostram fidem aliquem com-  
pellamus, respondit: *facitis ubi potestis, nos  
autem non facitis, non potestis, sive legum, sive  
invidia timore, sive resistantium multitudine.*  
Nimirum affectus nocendi, aliosque in  
eam societatem trahendi, in hæreticis quibus-  
cunque semper adest, licet ob defectum  
potestatis effectus desit. *Catuli luporum in  
venatione nocere non possunt, jam tamen*

guine gaudent & morsibus delectantur Chrys. in cap. 22. Matth. Quod illis merito applicatur, de quibus Christus ait. *Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: Nulla enim bestia, si neminem vulneret, ait Augustinus: propterea mansueta dicitur, quia dentes & ungues non habet.*

53. Nec repugnat mansuetudini Ecclesiæ, Hæreticorum etiam usque ad extremam peremptionem persecutio, cum ipsa solum super crimine hæreseos tanquam causâ indubitate ad Judicem Ecclesiasticum spectante instituat inquisitionem, quâ repertâ reum brachio sæculari relaxat, nullatenus petens illum capitali sententiâ puniri, aut flammis tradi, sed id fieri, quod justitia dicat; licet non ideo libertas sit magistratui sæculari, aut potestas ita relaxatos à poenâ capitali absolvendi, sed tenetur Poenam mortis obstinatis juxta jam dicta debitam, ut sui officij & obligationis est mox prompte & indilate exequi.

54. Possset hic pro coronide quæri, quænam sit certissima nota Hæreticorum *D. Reinkingh lib. 3. Class. 1. cap. 6. n. 21. concordans*

dans

dans in hoc cum Catholicis, cenſet eſſe defectum vocationis : qui ait *sine vocatione intrant tanquam fures & Latrones*, ac gregem Dei dilaniant, venientes in vestimentis ovium &c. Sed frustra Patriarcham suum *Lutherum*, quem sine vocatione intrasse bene aſſeruerat *Antonius Faber*, excuſare conatur legitime vocatum præſtendens; ac per hoc longe magis ſuperſtitionis ſuæ morbum, & iniuſtam à Romana, & verâ Catholicâ religione defectionem prodens : legitime enim hominum vocatum *Lutherum* in ordine prædicandum verbum Dei & reformandam Eccleſiam, probat quoad primam partem.

55. *Quia ad docendum verbum Dei hominibus apud quos iſto tempore poteſtas mittendi erat* (ſcilicet Romanocatholicis) miſſus eſt : Primo: cum ad Eccleſiaſticum ordinatus. Secundo: cum profeſſio Theologiae ipſi deman data. Tertio: cum Doctorali laurea inſignitus. Vnde licet huic vocationi multa obſtacula fuerint ait jam dictus: *Reinkingh*, quoad ſubſtantiam tamen valida fuit : non potuit enim pure Evangelium prædicare (quod ipſi commiſſum erat) niſi Dogmata Papalia redar-

guitur.

guendo. Sed quis unquam audivit, cui vè juri conforme est posse legatum vel commissarium excedere limites commissionis suæ & agere quod sibi commissum non est, & agere contra committentem? imò pro Commissario nullo habito, vel producto mandato sub prætextu omnibus hæresiarchis communi conscientiaë fictâ & nequissimâ Larvâ se intrudere? Lutherus in suâ ordinatione, Admissioneque ad Professionem & Doctorem lauream, præstiterat Juramentum fidei Catholicæ, se credere, quicquid credit Ecclesia Catholica in eâque velle vivere, mori, illamque prædicare, nec ut illi contrarium doceret ullum unquam à Deo à quo se missum & cujus quintum Evangelistam se fanaticè jactitabat produxit mandatum, quomodo ergo illam impugnare potuit? Certè illius vocatio in ordine ad arguendos à se fictos errores, nec quoad modum subsistere potest, cum nulla sit & illam habeat nec à Deo, nec ab Ecclesiâ. Nunquid Protestantes approbarent, si quis illorum Prædicantium prætextu suæ qualisqualis vocationis contra Augustanam confessionem doceret, illiusque justos

justos jam pro veritate venditos errores dargueret? vocationem divinam, quam Lutherus prætendit: prætendunt Arrius, Calvinus, pluresque alij Hæresiarchæ, quorum etiam aliqui in Ecclesiâ Catholicâ fuere ordinati Sacerdotes: an ideo etiam illorum prætensâ vocatio quoad substantiam bona fuit?

56. *Quoad Ecclesiæ reformationem, quæ feliciter, ut ait Reinkingh à Luthero peracta, ea aliquid extraordinarij delitescit. Proinde dabo enim à Deo excitatus est, ut fidei ministerio Ecclesiæ errores agnoscere disceret & à tenebris post jam diu perpeffam servitutem liberaretur. Et paulò infra habemus non haud obscura divina istius missionis indicia & argumenta qualia sunt.*

1. *Doctrinæ puritas & cum scriptis Apostolicis convenientia.*

2. *Donorum Excellentia, præsertim virtutum et magnitudo animi.*

3. *Felicissimus & inexpectatus toto etiam mundo fremente & renitente successus & triumphus.*

4. *Apostolica prædictio Apoc. 11. v. 2. & 16.*

Ecce Cantilenam risu dignissimam ab omnibus fere Hæresiarchis ante sæcula decantatam. Eandem, quàm in *Luthero* protestantes, hanc in suo Patriarchâ *Calvino* Doctrinæ puritatem & cum scriptis Apostolicis convenientiam, Donorum excellentiam & animi Magnitudinem deprædicant reformati: Quid ad hoc Lutherani?

57. Quoad Tertium si felicissimus est *Lutheri* in puncto religionis deformandæ successus, longe felicior fuit *Arrij*, qui rem eo deduxit, ut ingemiscens totus orbis Terrarum se *Arrianum* esse nesciret, & nihilominus Hæresiarcha fuit. Miraculum tam felicis successus etiam Divus & Sanctus (si diis placet) Doctor *Martinus Lutherus* adhuc vivens deprædicavit, sed insigniter illi obviavit *Angliæ Cancellarius Thomas Morus*, ut refert *Stapletonus* in vitâ ejusdem cap. 13. *Adpropositam*, ait *libidinosa vitæ licentiam populum ruere, id habet tantam miraculi speciem, quam Saxa Deorsum cadere*. Et bene nam quod conversio totius mundi ab Apostolis facta miraculum fuerit, inde provenit: quod de via laxiori ad arctiorem naturæ &

ræ & appetitui sensuali repugnantem, *Le-*  
*therus* verò ab *Arcta* ad laxiorem omnib.  
 absque hoc gratam vocaret. Vnde, quod *pe-*  
*piniano* de multitudine *Affectarum* suorum  
 glorianti respondit *S. Hieronymus* lib. 2. con-  
 tra eundem cap. 29. Id quoque *Luthero* ejus  
 affectis proportione & discretione ser-  
 responderi posset. Favent ait tibi *crassim-*  
*tidi, dealbati, adde, si vis juxta Socraticam*  
*visionem omnes sues & canes, & quia carnes*  
*amas, vultures, quoque Aquila, Ancipitres*  
*Bubones. Nunquam Nos Arristippi multu-*  
*do terrebit. Quoscunq; formosos, quoscunq;*  
*Calamistratos, quos crine composito, quos*  
*dentibus Buccis, videro, de tuo armento su-*  
*imò inter tuos sues gruniunt: De nostro*  
*ge tristes, pallidi, Sordidati, & quasi peregrini*  
*hujus seculi licet sermone taceant, habitu*  
*quuntur & gestu. Ne glorieris, quod multos*  
*discipulos habeas? Filius Dei docuit in Judæa*  
*duodecim tantum Apostoli illum sequuntur*  
*Torcular inquit, calcavi solus & de gentibus*  
*non est vir mecum. Ille in passione solus reman-*  
*sit & Petri quoque erga eum trepidavit con-*  
*stantia: Phariseorum autem Doctrina omni-*

populus applaudebat dicens. Crucifige, Crucifige, & non habemus Regem, nisi Casarem, id est vitia sequimur, non virtutes: Epicurum non Christum, Jovinianum Lutherum non Apostolum Paulum. Quod multi acquiescant sententia tua, indicium voluptatis est: non tamen te loquentem probant, quam suis favent vitiis. In Circulis Platearum quotidie victus hariolus stultorum nares verberat, & obtorto fuste dentes mordentium quatit, nec tamen deest, qui semper possit induci, & pro magna sapientia deputas si plures porci post te currant, quos Gehenna succidia natrias?

PROPOSITIO X.

Dispositio circa Bona Ecclesiastica est penes Principem Seculare.

§8. **H**Æc assertio ex Principijs ex adverso superius positis efficaciter sequitur, si enim Princeps jure divino sit simul Episcopus, utique hæc dispositio circa bona Ecclesiastica ad ipsum spectabit: Sed modo non solum dispositionem, verum & **Dominium Bonorum Ecclesiasticorum Principi-**



Principes hoc nequam sæculo sibi viâ facti Juris  
 arrogant : Acatholici dum expulsis Archi- maric  
 Episcopis, Ecclesiasticis , Religiosis in od ac der  
 um Religionis tot ArchiEpiscopatus Ab vocat  
 batias & Monasteria viâ facti sibi incorpe nedi  
 rarunt , arbitrantes nimirum obsequium pore  
 præstare Deo, si Papistas , maxime Religio naster  
 sos & Monachos persequerentur, eosque omnil  
 Deum ac Sanctos quibus dicata sunt Boni S. Au  
 privarent. Catholici verò, dum ad augen dicto in  
 dum ditiones suas ; Jurisdictiones, Privile fert R  
 gia, Bona Monasteriorum sub larvâ ratio Joann  
 nis status invadunt. Roma

59. Pro quo sciendum est Fundatorum eo qu  
 ArchiEpiscopatum Episcopatum, Mon tuit, c  
 steriorum, ea in honorem Dei, & certi stravit  
 cujus Sancti erexisse, simulque sub intermi gatis L  
 natione divini Judicij, & maledictionis acce 60.  
 næ intentionem suam sanxisse , ut certi ait jam  
 Ecclesiastici, cum suo Archi-vel Episcopo et si hi t  
 vel Religiosi E. G. S. Augustini, Benedicte altaria  
 Dominici &c. cum suo superiori Regulat rum er  
 Deo sibi & proximis inibi viverent, divinas lebran  
 que laudes nocte dieque decantarent: addi mentis  
 tis ex liberali donatione Bonis, Privilegijs & Christ  
 Juris-

Jurisdictionibus : Taliaproinde Bona Pri-  
 mario Deo , secundario Sancto vel Sanctis  
 ac denique certis personis donata sunt:hinc  
 vocata Patrimonium Sanctorum *Petri, Be-*  
*nediti &c.* sic *Henrici IV.* Imperatoris tem-  
 pore Comes *Adalbertus Hirsangense Mo-*  
*nasterium* & ipsum locum *Hirsangiam* cum  
 omnibus appertinentijs ex toto super altare  
*S. Aureoli* tradidit Domino Deo & *S. Bene-*  
*dicto* in potestatem & proprietatem , ut re-  
 fert *Romanus Haij in Astroinext. q. 1. n. 58.*  
*Joannes Patritius Romanus* teste Breviario  
 Romano ad diem *5. Augusti* Matrem Dei,  
 eo quod liberis careret , Hæredem insti-  
 tuit, quod sibi placitum cœli Regina mon-  
 stravit, dum in honorem sui ex bonis sibi le-  
 gatis Ecclesiam ædificari voluit.

60. *Pleni sunt his Catholicorum libri, ut*  
*ait jam citatus Haij, in horto Crusiano n. 444.*  
*etsi hi tacuerint lapides clamabunt, plena sunt*  
*altaria, sive templa ea cum primis, quæ sancto-*  
*rum erga morbos beneficiis ac virtutibus ce-*  
*lebrantur, hujusmodi Donariis, cereis, Para-*  
*mentis, calicibus &c. quorum Dominium*  
*Christiani pijq; homines à se penitus abdicant-*  
*tes*

tes

res quadam juris fictione in proprietatem  
potestatem omnimodam hujus illiusve Sancti  
vel materialis Ecclesie in ipsorum honorem,  
nominis invocationem consecrate toto affectu  
transcribunt: & idem de terris, ac Bonis  
mobilibus dicendum. Verum autem earum  
rum & immediatum Dominium in eos tran-  
fertur, qui tali Ecclesie deserviunt.

Quæ si ita sint, mirum non est, Deum  
pius tam graviter in Direptores, usurpa-  
res, aut quomodolibet Everfores Bonorum  
Ecclesiasticorum, animadvertisse. Plena  
sunt historia Ecclesiasticæ exemplis Prince-  
pum, Ducum atque militum, quos ob vio-  
ta templa, & raptas Ecclesie facultates,  
trix Dei manus secuta est. Inter quos sit.

61. Primo: Julianus Apostata Julianus  
avunculus, & defectionis socius: is enim  
cum antiocheno templo sacra vasa sacra-  
ge abstulisset eaque cum Imperatoris the-  
sauro junxisset, repente sævo morbo cor-  
ptus, visceribus putrefactis, totoque corpo-  
re vulneratus ebullientibus etiam & sceler-  
tam carnem depascentibus vermibus,  
tandem non per solitos meatus, sed per  
blasph

blasphemum egredientibus excrementis, fordibusque ventris miserrime perijt.

Felix Imperatoris quæstor & Juliani jam dicti in spoliando templo adjutor: ruptâ venâ cum sanguine animam evomens, celeriter extinctus est, æternæque morti traditus. Ita Petrus Ribadineira in suo Principe Politico Christi. lib. 1. cap. 37.

62. Non absimilis fuit Leonis IV. Imperatoris Constantinopolitani exitus, qui cum coronam auream præciosissimam ab Heracleo Imperatore templo S. Sophia dicatam, cui præter alias gemmas pretiosissimas & inestimabilis erat insertus carbunculus abstulisset, & suo capiti imposuisset: subito pestilens inflammatusque natus est in capite tumor, quem carbunculum vocant, eoque & extinctus est: ut refert Sigebertus in Chron. Anno 781.

63. Narrat Gregorius Turonensis post spoliatam & incensam à quibusdam militibus in Agemiensi oppido basilicâ S. Vincentij Martyris, eos tam acres Sacrilogij sui pœnas luisse, ut alijs ambustæ manus fumum emitterent, alios correptos & altis vocibus

I

cibus

cibus S. Martyrem in clamantes Dæmon  
discerperet: alij sibi ipsis manus inferrent,  
& propriis se vulneribus conficerent. *Greg.*  
*Turon. lib. 7. hist. Francic. cap. 35.*

64. *Trithemius in Chronico Ducum Ba-*  
*varia* author est, nonnullis divinitus Patef-  
ctum, *Dagobertum Gallia Regem*, quod Ec-  
clesias partim expilasset, de impiâ hac usur-  
patione ante divinum tribunal postulatum  
fuisse; & *Carolus Martellum* summâ forti-  
tudine ducem, *Pipini Patrem* & *Caroli Ma-*  
*gni Imperatoris Avum* suppliciiis æternis ob  
idem scelus destinatum. Addunt alij S. *Ere-*  
*cherium Aurelianensem Antistitem* iussisse  
sepulchrum ejus aperiri, nihilque aliud in eo  
inventum præter aspectu deformem in-  
tata magnitudinis serpentem.

65. Prætereo hic *Gundericum Vandal-*  
*orum Regem*, *Agilum Gothorum*, *Vrad-*  
*Alphonsi Regis VI. filiam*, aliosque quam plu-  
rimos Bonorum Ecclesiasticorum invalu-  
res & Direptores gravissimis pœnis, ut  
istoria loquuntur, animadversos. De *Com-*  
*Cabilonensi* narrat *Petrus Emilius*, fide-  
rerum Gallicarum scriptor. *Fama ait*

bris est, Cabilonensem Comitem dum frequenti  
Procerum convivio Epularetur, ab ignoto  
quodam in equo præ foribus sedente evocatum  
exiisse, coactumq; è vestigio equum conscen-  
dere, è conspectu procul raptum, nec deinceps  
usquam apparuisse. Idem de alio Comite  
narrat S Petrus Cluniacensis.

66. Genebrardus in Chron. Anno 995. &  
alij Gallicarum rerum scriptores affirmant  
causam cur Deus ablatam Gallici Regni co-  
ronam stirpi Clodovei, qui Primus è Gallia  
Regibus Christo nomen dedit, in Caroli  
Magni familiam transmiserit; non postre-  
mam fuisse, quod hujus Nepotes & Poster-  
i indiligenter Ecclesie bona & facultates ad-  
ministrassent.

Sed his non attentis, quid modo frequen-  
tius tam apud Catholicos quam Acatoli-  
cos Principes, quam invadere Bona Eccle-  
siastica? Acatolici in tot Episcopatum,  
Monasteriorum & Bonorum Ecclesiastico-  
rum occupationibus Imperatoris donatio-  
nem vel cessionem, jus Belli, & quod in me-  
liorem usum sublatâ superstitione Papista-  
rum v. g. in Hospitalia, & studiorum semi-  
naria

naria à se sint conversa : Catholici verò  
 necessitatem publicam vel quod inconveniens  
 judicent, Religiosos paupertatis voto  
 adstrictos Dominia, jura Regalia, vel his  
 nexa Jurisdictionalia habere, prædantur.  
 Vix ullum est Monasterium Germaniæ  
 mendicantium excipias) quod ex sua  
 mævâ foundatione non fuerit aliquibus Ju-  
 risdictionalibus V. G. Jure gladij, primæ  
 instantiæ, mero vel mixto imperio donatum.  
 sed bellis ingravescentibus coacti sunt Præ-  
 lati Advocatos, vel Protectores, Principes  
 aliquos vicinos suscipere, hæcque prima  
 fuit paulatim in jura Monasteriorum & Be-  
 norum Ecclesiasticorum serpendi, ut nec  
 immerito in Capitulatione moderni Imp-  
 ratoris *Leopoldi I. n. 9.* omnia nova Protec-  
 toria sint vetita: sub prætextu enim Advoca-  
 tiæ & protectionis quidquid licitum  
 putaverunt in locis suæ advocatiæ & protec-  
 ctioni conceditis.

67. At jam allegati prætextus nequaquam  
 quam invasores in conscientia securos red-  
 dunt, quo minus Bona sic occupata, illis  
 quibus immediate fundata sunt, restituantur  
 obligati

obligentur: Fundatoris enim voluntati in omnibus obsequendum esse, & lex divina & naturalis dicitur: *Impium enim est, & inhumanum, facere contra voluntatem testatoris, etiamsi fiat distributio ad pios usus soc. in jun. const. 128. vol. 1. & Hug. in cons. 328. n. 5. neque oportet de ejus voluntate argumentari, qui ne id facere possemus, indicium nobis suae voluntatis reliquit Mantica lib. 3. tit. 6. de conject. ult. vol. quinimo ad unguem impleri debet ultima voluntas, adeo, ut relicta ad certum non possint etiam in meliorem usum ab Executoribus commutari: Natta. Cons. 7. Lapis alleg. 86. praesumitur enim quis durare in eadem voluntate in qua decedit. C. majores de babt. Abbas in cap. precatium de precar. n. 6. Haecque ex eo oriuntur, quod Summus Pontifex & Romanorum Imperator, ut ait Fillucius tractat. 44. de alien. bon. Eccles. n. 74. & cap. 3. n. 45. tam ex officio, quam ex contractu cum ijs, qui Bona Ecclesiae reliquerunt, obligati sunt lege divina & naturali tam illis fundatoribus, quam ijs, in quorum emolumentum relicta sunt, non alienare, quam ut illorum voluntate permitti probabiliter praesumi possit: Non potest*



test autem, ut inquit Petr. Ant. de Petr. à v. de  
de Jure quas. non toll. cap. 32. n. 88. Princeps ve  
nire contra contractum, vel pactum, quia  
Jus Naturale, quod non potest tolli, nisi con  
tingat illud tendere in damnum publicum. L.  
cap. 24. n. 198. tanta ait potentia non est Prin  
ceps, ut possit extinguere Jus Naturale. Vnde  
jus quæsitum, de Jure gentium medianon  
tractu non potest tolli per Principem de p  
tudine potestatis.

69. Non potuisse autem nec posse Im  
peratorem Romanum, vel quemcumq; Prin  
cipem Sæcularem de Bonis Ecclesiasticis  
quidquam disponere, ea ve alienare, etiam  
Lutheranorum ante hac opinio fuit, sed  
post ad defendendam tot Bonorum Eccle  
siasticorum ad se factam translationem  
Imperatore faciunt Summum Pontificem  
Vicarium Christi, successorem Petri, & Ep  
scoporum omnium Antesignanum, à quo  
omnis potestas Episcopalis, ut à fonte dimanet,  
quod à Sancto Athanasio merito ab  
minatio desolationis est appellatum; quæ  
absurditatem advertit etiam & refutat  
theus Wesenbecius citans Hieronimus  
Schur

Schurpsium. *cons. 48. cent. 1.* sic discurrentem.  
70. Certum est, quod omnes Ecelesia, Mo-  
nasteria, pia loca, & eorundem Bona etiam de  
Jure civili sint Exempta ab omni potestate &  
Jurisdictione Secularium Dominorum, qua-  
cunque etiam fulgeant dignitate etiam Impe-  
riali, ita quod Dominis & Potestatibus tem-  
poralibus sub maximâ pœnâ prohibitum sit  
quidquam disponere vel statuere, de Ecclesia-  
rum, Monasteriorum & c. Bonis & Rebus. L.  
Jubemus *cod. de sacros. Eccles. §. non igitur in*  
*auth. de non. alien. aut permut. col. 2. §. hoc et-*  
*iam super his & §. jubemus hoc in authent. de*  
*alien. & Emphit. col. 9. authent. hoc Jus porre-*  
*ctum cod. de SS. Eccles. hinc dicit pulchre In-*  
*nocent. in C. noverit de sent. Excomm. post*  
*principi. Credimus, quod à Deo habeat Eccle-*  
*sia Privilegium, quod ipsa sola res Ecclesiasti-*  
*cas administrare debeat, allegans ad hoc cap.*  
*Imper. 96. distinct. Quapropter S. Ambrosius*  
*Episcopus etiam Comitibus missis ab Impera-*  
*tore ad se, ut traderet Imperatori quandam*  
*Basilicam allegantibus Imperatori omnia lice-*  
*re & Imperatorem jure suo jussisse tradi debe-*  
*re, in cujus quidem potestate essent omnia, &*

ipsum esse universa. Respondit Sanctus vir & Episcopus, Nec mihi fas est tradere, nec tibi Imperator expedit accipere: Domum privam nullo potes jure temerare, Domum autem Dei existimas auferendam? Noli te gravare Imperator, ut putes te in ea, quae divina sunt, imperiale aliquod jus habere. Noli te extollere, sed diutius vis Imperare, esto Deo subditus: scriptum est, quae Dei Deo, quae Caesaris Caesaris. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiae, publicorum illis moenium commissum est non sacrorum. Et habentur haec omnia in cap. Convenior. 23. q. 8. ubi ponuntur haec verba Ambrosij: Si ergo Imperator non potest jubere sibi tradi Ecclesias, si vult esse Catholicus, quomodo inferiores à Caesare subditi ejus hoc possunt.

71. Schurpfio & Wesenbecio accedit Ernestus Cothmannus, ut in ore duorum vel trium Testium stet omne verbum. Hic in Academia Rostochiensis Juris Professor Primarius Consil. 100. n. 20. & 34. vol. 2. Admodum ait pie ac proclare Divus Ambrosius Basilicam ad Imperatoris Mandatum tradere jussus non timuit, & magno respondit. Nec mihi fas est

tradere nec te accipere Imperator expedit &c.  
 Quibus verbis gravissimis Author testatum  
 facit res Deo, Ecclesie & pauperibus mancipa-  
 tas contrectantem in eam Decalogi partem  
 graviter delinquere, qua furtum fieri severe  
 vetat. Quid verò dicturum fuisse putamus S.  
 Ambrosium si in hæc tempora incidisset? Quid  
 si vox illa clamantis hodiernos mores nostros  
 inspiceret & contemplaretur? Quemadmo-  
 dum Herodi in faciem dicebat: Non licet tibi  
 filiam fratris uxorem ducere, utiq; nunc quo-  
 que exclamaret: non licet tibi res Deo, Ecclesie  
 & pauperibus dicatas possidere, & in usus tu-  
 os convertere Sed obiit Ambrosius & vox cla-  
 mantis obmutuit, vel certe raucedine sic est af-  
 fectâ, ut sonorum sonum non edat, & hoc est,  
 quod hodie dici & deplorari solet, paucos esse  
 Joannitas. Et si res hæc exemplis illustranda &  
 decidenda sit.

72. Quis est, qui ignoret Balthasa-  
 rum Regem Babilonicum cum vasa aurea &  
 argentea, quæ Pater ipsius Nabuchodonosor ex  
 templo Hierosolymitano abstulerat, proferrî &  
 belluationi dicari juberet istius Sacrilegij sui  
 sum Blasphemiam conjuncti poenas presentissi-

Is

mas

mas & gravissimas dedisse, & vasorum Sacrorum abusu vita ac lucis usum amisisse, & ut Babilone captâ Chaldaorum & Assyriorum Monarchia ad Medos, & Persas transferretur impietate suâ effecisse & procurasse? Quis est qui in memoriâ non habeat, vel saltem revocare in mentem, non statim queat Regis hoc Exemplum contrarium, qui collationibus & donis piorum templum Dei instaurans, & quod ex pecuniis largiter erogatis reliquum fuit, pro Domo Domini & pro Ministerio vino in vasa aurea & argentea expendit, & Dei auxilium longo tempore praesertim quoad Josada consilio uteretur, ejusq; monita sequeretur est expertus: Quorum exemplorum alterum poenae atrocitate, alterum praemiorum expectatione Principum, aliorumq; qui praedia & redditus Dei & Pauperum possidem, commovere, & ad meliorem mentem incitare & ad eorum, quae propriâ vel praefectorum Ministrorum arte & opera, quoquo modo dilata vel interversa sunt, largam spontaneam & hilarem restitutionem inflectere certo debebat.

73 Parùm certè emolumentî imò pluri detri-

detrimenti Ecclesiasticorum bonorum direptoribus, inuasoribus, vastatoribus, ex iisdem accedere: & antiquæ historiæ, & quotidiana docent experientia. Stantibus adhuc sub *Henrico Octavo* omnibus in *Anglia* Monasterijs Pseudo Evangelici teste *Sanderolib. 1. de schismate Anglicano* jactabant neminem in *Anglia* pauperem deinceps fore si semel claustra sacra diriperentur, & thesauri quibus Abbates incubarent, prædiaq; & agri quibus pauci jam monachi alerentur, in manus plurium devenirent: sed contrarium rei probavit eventus: licet enim tempore hujus *Henrici* prius Ecclesiæ Catholicæ defensoris, de post lupi & vastatoris.

*Millia dena unus templorum sustulit annus*

Omni tamen Regum suorum antecessorum fuit pauperrimus, & unicus ipse plura tributa, & vectigalia civibus suis imposuit, quam omnes simul Reges, qui per quingentos annos ante se fuerant: & sub ipso ubi ante direptionem bonorum Ecclesiasticorum erat unus pauper, & mendicus, de post viginti reperti sunt: non obstante quod

teste *Nicolao Hapsfeldio* ad calcem historię Anglicanę annuus valor Ecclesiarum ad 320180. libras sterlingas quę in florenis conficiunt decuplum amplius: cū unaqueque libra Sterlinga contineat florenos decem se extenderet: Deo nimirum detestante direptionem bonorum sibi consecratorum.

74. Optime proinde dixit *Sinnichius* in suo nunquam latis laudando *Saule Exregi lib. 1. cap. 56. §. 252.* Ecclesiastica bona non male assimilari tinea exedenti pannum, carici consumenti lignum, rubigini erodenti ferrum. Et *Klockius de Arariol. 2. cap. 83. n. 10. & 11.* comparat pennas aquilarum de quibus refert *Plinius*: ab ijs mixtas aliarum alitum pennas aduri, ac devorari. De lupinis fidibus referunt alij: quod si cum ovinis in unā cheli intendantur, ea intervertere occultā quādam vi naturę, juxta versus in præfenti materiā applicatos.

*Fabula prisca refert, aquile si penna propinquat Penne (quod est mirum) junctas absumere pennas.*

Sic & chorda lupi, chordas prædatur ovillas.  
 Non aliter bona sacra bonis si quãdo prophanis  
 Miscentur; contra fas & jus omnia perdunt,  
 Extremumq; malum raptoribus insuper ad-  
 dunt.

Vultur ex altari carnes, & carbones surre-  
 ptos nido inferens, & nidum, & pullos ex-  
 ussit. Sic Harpijæ & vultures isti qui bona  
 Ecclesiastica per vim rapiunt, eadem non  
 commodo, sed exitio sibi fore experientur:  
 juxta vulgatum illud *Wassengut Nassengut/  
 hat Adlers Feddern/ es kombt nicht auff den  
 dritten Erben: & iterum, Kirchengut hat  
 eisene Zähne / es frist eins mit dem andern  
 hinweg.*

75. Quod verò nostri Adversarij tot ho-  
 norum Ecclesiasticorum occupatores, se  
 excusent, & per talem invasionem & occu-  
 pationem in meliorem usum abolitâ super-  
 stitione papistarum esse translata præten-  
 dant, duplici supposito laborat: primò quasi  
 à quovis possint bona contra mentem fun-  
 datorum in alium usum ex erronea sibi ima-  
 ginata conscientia transferri, cujus contra-



rium num. 67. ostensum est. Secundo quod  
 melior sit usus in quem translata sunt, quo  
 falsissimum & merum hæreticum figmen-  
 tum est, ab omnibus etiam hæresiarchis eo-  
 rumque asseclis in omnem æternitatem non  
 probandum. Ut præteream latens sub his  
 principijs pestilens venenum & periculo-  
 sissimam pro papistis consequentiam, posse  
 nimirum adhuc quæ illis supersunt Ecclesia-  
 stica bona, sub eodem nequissimo, papisti-  
 cæ superstitionis prætextu invadi & occupa-  
 ri. Sed quid si aliquando alter novus *Lutherus*  
*us* exurgat & Antecessorem ejusque Asse-  
 clas superstitionis arguat & injuste dure-  
 ptaper pœnam talionis Deo permittente  
 reciproce tollat? nisi justitia exigente pro-  
 ribus quibus sub interminatione divini ju-  
 dicij & maledictionis æternæ legata erant  
 dominis Deus Opt. Max. ut pie creden-  
 dum ea restituere maluerit. Ridendum quo-  
 que quod magnum putent se apud Deum  
 fecisse si loco Celeberrimi Monasterij pau-  
 cos redditus pro sustentatione pauperum  
 studiosorum, aliis sibi incorporatis imper-  
 dant: scilicet magni meriti est, ex ablati-

Pet  
 ex  
 do  
 cip  
 um  
 nec  
 rum  
 nem  
 lice  
 ad t  
 lite  
 scri  
 fini  
 tes  
 ter  
 suis  
 Pa  
 77.  
 ij de  
 Pet

Petro vestimentis calceos nudipedi Paulo ex singulari commiseratione & liberalitate donare.

76. Experiuntur proh dolor plures Principes, tam A- quam Catholici, fortunam Deum & omnia sibi quodammodo adversari: nec cogitant id à vindice Dei manu bonorum, & jurium Ecclesiasticorum invasionem & detentionē punientis procedere: qui licet quandoque talibus injustis invasoribus ad tempus, ob quædam eorum opera moraliter bona ut justitiæ administrationem, misericordiæ exhibitionem, &c. bene esse finit: cum tamen completæ fuerint iniquitates *amorh-* eorum auferentium, & sufficienter puniti à quibus ablata sunt: postliminio suis legitimis hæredibus ea sciet restituere.

### PROPOSITIO XI.

*Pacta cum Hæreticis nequaquam servanda.*

77. **C**ommune est omnibus Hæreticis quod Catholicis imponant, quasi ij doceant Hæreticis, qui fidem Deo in Baptismo

ptismo datam fregerunt non esse servandam  
fidem juxta vulgatum axioma. *Frangenti  
dem, fides frangatur eidem.* Nihilominus, quæ  
multa illicite fiunt, quæ tamen facta tenentur  
& obtinent roboris firmitatem, merito  
quæritur, an Catholicus Princeps teneatur  
servare Hæreticis in sua ditione libertatem  
impunitatemque iis illicite promissam, &  
mutuo partium consensu solemniter pactam.

Pro parte negativa est *Primo* jam addu-  
ctum axioma *Frangenti Fidem.* *Secundo*  
quia illicitum est communicare cum noto-  
rie excommunicatis, maximè in Bulla ce-  
na, tales autem sunt Hæretici. *Tertio*: quia  
diversis Pontificibus subditi ac Proceres  
Juramento fidelitatis & homagio, quo Re-  
gibus tenebantur attricti absoluti sunt ob  
lapsum eorum in hæresim. Vnde *D. Thomas*  
*22. q. 12. a. 2. in corp. nixus. cap. Excommunicati*  
*tavimus 15. extra de Hæreticis & cap. nos Sa-*  
*ctorum 15. q. 6. quam cito aliquis ait per ser-*  
*tentiam denominatur excommunicatus pro-*  
*pter Apostasiam à fide ipso facto ejus subditi*  
*sunt absoluti à dominio ejus, & à juramento*  
*fidelitatis, quo ei tenebantur.* Sic *Paulus III.*

Henr

*Henricum Octavum. Pius V. Elisabetham Regem & Reginam Anglia excommunicavit, & propter lapsum in hæresim subditos quoscunque à juramento fidelitatis absolvit. Quibus accedit Authoritas Concilij Constantiensis quod Joanni Huss & Hieronymo Pragensi datam fidem fregit, & utrumque sceditrage igni adjudicavit, & successus cladis Varnensis.*

78. Hæc sunt argumenta præcipua quibus contra Catholicos se fundant Adversarii: Hæc adducit *Reinkingh lib. 2. class. 1. cap. 2.* alijsque communiter, ut talibus argumentis omnem quasi ad Religionis concordiam viam occludant. Cum spes esset Belgij fœderatas Provincias ad avitam fidem reducendi: Prædicantes id dissuaserunt asserentes Regem Catholicum, & omnes Papistas docere Hæreticis fidem non esse servandam: Sed hos mox refutavit Molanus tribus de servanda Hæreticis. & quarto de servanda fide Rebellibus editis: Eundem errorem postrefuscitavit Prædicantius *Daniel Plancius* mox refutatus à Parocho Buscoducensi *Roberto Sverzio*. Hanc etiam causam

cur

cur ad Consilium Tridentinum non venerint, etiam ab eodem promisso prave facti conductu allegant Protestantes, quod etiam factâ promissione salvi conductus Catholicis fidendum non sit; utpote, qui docent Hæreticis fidem servandam non esse: quod licet integris voluminibus diu refutatum & quotidie illi reclametur à Catholicis, non cessant tamen suam antiquam resumere contumaciam. Est autem mens Catholicorum omnium non fidelibus solum, sed etiam infidelibus quibuscunque fidem servari debere; modo conditiones ad validam promissionem requisitæ adsint: quod si illarum aliqua desit, nulla cuiusque etiam sit facta promissio, suborietur obligatio: est autem promissio spontanea fidei obligatio alteri facta de re licitâ & possibili.

79. Pro quo sciendum aliquid licite promitti & impleri, ut promissio dandi Eleemosynam; aliud & illicite promitti, & impleri, ut Promissio homicidij, Fornicationis &c. aliud licite promitti, sed illicite præstari, ut cui promittas matrimonium, quod post adveniente obice inire nequis; aliud denique illicite

illicite promitti, & licite impleri, ut si puellæ  
vel mulieri pro usu venereo pecuniam pro-  
mittis, illicite quidem promittis, sed com-  
missâ fornicatione ex justitiâ solvere obli-  
garis. Quod si queras, ad quam ex his specib<sup>9</sup>  
promissio de impunitate factâ Hæreticis re-  
ducatur Respondeo ad Primū & 4. conveni-  
entissime reduci posse: licite siquidem tole-  
rari Hæreticos, ad majus malum evitandum;  
dum nimirum ita multiplicati sunt, ut Prin-  
cipe suo fortiores sint, metuaturque totius  
Reipublicæ ex illorum impugnatione ever-  
sio, dictum est supra in assertione, de diver-  
sorum religionum permissione: hocque ca-  
su licite illis promittitur & licite facta impu-  
nitatis promissio servatur. Quod si illicite  
Rex vel Princeps illis impunitatem promit-  
tat, ut cum in malum & detrimentum suæ  
reipublicæ cum aliter potest, sinit illos mul-  
tiplicari, & impune esse: factam promissio-  
nem nihilominus sub mortali & gravi pec-  
cato implere tenetur. Sic Israëlita, licet con-  
tra Domini consilium quod num. 37. requi-  
rere obligabantur adeoque illicite Gabao-  
nitis fœdere polliciti essent eos à se non oc-  
ciden-

ciden-

cidendos, nihilominus illos fuisse etiam  
 ram Deo obligatos ad servandum foedus,  
 docuit Præposterus Saulis Gabaonitas, per  
 sequentis, & interimentis zelus: ob quem  
 totam terram Israëliticam triennali fame af-  
 flexit Deus teste S. Scriptura: Propter Saul  
 & domum ejus sanguinum, quia occidit Ga-  
 boanitas. Ad quæ verba *Theodoretus in lib. 2.*  
*Reg. q. 42. Totus populus ait: fecerat foedus cum*  
*Gabaonitis: furis jurandi autem particeps fuit*  
*& Sacerdos Eleazar & Jesus Propheta. Oportet*  
*ergo Pastores eorum, qui jurarant, factis*  
*foederibus non transilire: Regi autem contra le-*  
*gem facienti persuadere, ut servaret jus ju-*  
*randum. Propterea etiam post illius mortem*  
*sustinnerunt famis castigationem.*

80. Sententiam itaque Catholicorum om-  
 nium concordem esse servandam Hæreticis  
 fidem testatur *Molanus lib. 3. de fide Hæ-*  
*reticis servanda cap. 10. Nullum inquitens seu*  
*Theologum, neque etiam clari nominis Juris-*  
*consultum, quin conformiter doceant, fidem*  
*publicam Hæretico servandam esse. Illi proinde*  
*de probando non est inhærendum, sed supra*  
*adductis Adversariorum, quibus se contra*  
 Catho-

Catholicos fundant, Argumentis respondendum.

Ad primum itaque *frangenti fidem* Respondetur, cuilibet servandam fidem, nisi is in materiâ, super quâ pactum & conventum est, inter te & ipsum fidem fregerit: ut si initum sit foedus Pacis inter duos Principes, quoad omnes Provincias utriusque terrâ vel mari subjectas, frangenti fidem alteri, quoad unam Provinciam frangere vicissim fidem licebit quoad illam, & alias etiam aliasque Provincias: Similiter frangere licebit fidem ei in mari, qui fidem fregerat in terrâ.

81. Quod si dicas Hæreticos esse sine fide perfidos nullam ergo eis fidem & securitatem publicam deberi: & qui Deo infidelis est, & frangit fidem in Baptismo datam, quomodo homini fidelis erit? Ad hoc enim respondetur non ideo licere Pacta cum Hæreticis inita violare, quia illi Deo fidem fregerunt: qui enim alteri infidelis est, tibi fidelis manere potest. Tametsi enim Deo infideles difficulter noverint pacta sua, quæ religionem concernunt, servare, ea tamen, quæ cum ipsis inita sunt, sincerè servari debent:



bent: cum sæpius deprehendamus, eos melius fidem servare, quam qui eam maxime deberent servare.

82. Ad Secundum. Quoad Decreta Pontificia Respondetur: *Primo*. Illa concernent indistincte Hæreticos & Catholicos excommunicatos: unde non est, quod illi per his se gravent; nec solvunt eadem Decreta omnia vincula fidelitatis erga Hæreticos excommunicatos: Sed ea solum, qua valent suis Dominis obstringuntur ad serviendum manentibus nihilominus aliis obligationibus ad solvendum tributum & similibus: Declarat enim Summus Pontifex illos excommunicando suspensum esse exercitium Jurisdictionis ipsorum, eo quod nulli excommunicato conversari liceat: Idcirco non ideò, quasi Hæreticis non sit servanda fides, sed in pœnam, ut Reges, Principes & Domini temporales videntes se à suis defectos, tanto citius ad pœnitentiam redeant & Ecclesiæ reconcilientur.

Superest nunc, ut ad objectionem à Concilio Constantiensi & Cladis Varnensis in quibus se omnes fere sectarij, fundant

enim quenquam invenias, qui illas non habeat) desumptas respondeamus.

83. *Christianus Matthiæ lib. 4. Theatri Historici in Sigismundo* refert 1. Eundem vocasse ad Consilium Constantiense *Joannem Huss* publica fide cavendo 2. *Hussum* sæpe petijse à Concilio audientiam nunquam tamen impetrasse. 3. *Sigismundum* ut audivit *Hussum* captivum detineri, graviter id tulisse, & Constantiam se recepisse, sed cum Pontificij dicerent Hæreticis non esse servandam fidem: remissionem omisisse, & primum omnium in eum pronuntiasse. Hæc est summa rei ex quibus inferunt A catholici, ergo Catholici docent non esse servandam fidem: nimirum quia *Sigismundus* publicâ fide cavet, & concilium nihilominus contra *Hussum* & *Hieronymum* de Pragâ processit: hinc Catholici docent non esse servandam Hæreticis fidem. Insignis consequentia, quasi verò, si Rex Galliæ alicui reo publicâ fide cavet, Rex Hispaniarum scēdīfragus fiat, si datam ab illo fidem non fervet; sed tria allata puncta breviter perstringamus.

84. Quod

84. Quod ad *Hieronimum* de Pragae  
tinet: cum illi nulla fides publica data sit, non  
violari potuit: citatus enim fuit à Concilio  
sess. 6. Responsum ad ea, quæ sibi aliquando  
vel aliqui in causâ fidei voluerint objicere  
recepturus & factururus in omnibus justitiæ  
complementum: ad quod à violentiâ, justitiâ  
semper salvâ, omnem salvum conductum  
nostrum, quantum in Nobis est, & fides ex  
igit orthodoxa præsentium tenore offerimus,  
& etiam plenius assignavimus. Hæc  
sunt verba Concilij, ex quibus salvum con-  
ductum cum limitatione salvâ semper justitiâ  
datum fuisse claret, potuit proinde ex-  
gente justitia contra illum procedere, etiam  
usque ad internecionem, uti & fecit.

85. Sed nec *Joanni Huss* à Concilio ullam  
fidem publicam, & salvum conductum  
tum patet ex verbis ipsiusmet Concilij  
29. ubi sic ait: *Ex quovis conducto per Imperatorem,  
Reges, vel alios Principes Saculorum  
Hereticis, & de Heresi diffamatis putantur  
eos sic à suis erroribus revocare, quocumque  
vinculo astrinxerunt concesso, nullum fidei  
tholicæ vel Jurisdictioni Ecclesiasticæ præ-*

generari, rel impedimentum præstari, posse vel  
 debere, quo minus dicto Salvoconductu non ob-  
 stante, licet Judici competenti & Ecclesiastico  
 de hujusmodi personarum erroribus inquire-  
 re, & alias contra eos debite procedere, eosdem-  
 que punire, quantum Iustitia suadebit, si suos  
 errores revocare pertinaciter recusaverint.  
 Hæc Concilium, quod, ut patet, nullam fi-  
 dem frangere potuit, cum nullam dederit,  
 proindeque falso illi, & Ecclesiæ in illo re-  
 præsentatæ omnibusque Catholicis, affingi-  
 tur ipsos docuisse, non esse servandam Hæ-  
 reticis fidem.

86. Sigismundum Imperatorem publi-  
 cæ fide cavisse conceditur, sed subintellectâ  
 clausulâ salvâ semper prosecutione Justitiæ,  
 quam semper in Salvoconductu subintelli-  
 gi, ex Carolinâ docet Molanus lib. 2. de ser-  
 vanda fide Hereticis ex Petro Bremo referens  
 hanc formam Salviconductus: *Damus tibi*  
*fidem publicam causam dicendi in judicio con-*  
*tra vim, non tamen contra furis Executionem*  
 & Mynsingerus Centuriâ 1. observ. 82. *Quan-*  
*do datur alicui securitas, vel salvus conductus*  
*tunc intelligitur solum de violentiâ, qua de fa-*  
 cto con-

K

cto con-

Et contra jus infertur, & ideo meo tempore  
 quidam habenti saluum conductum capto pro-  
 pter delictum, vel maleficium & supplicanti  
 camerâ pro mandato de relaxando & citatio-  
 ne ad videndum &c. petiti processus à DD.  
 Assessoribus denegati sunt.

87. Clarius id ipsum ostendit Benedictus  
 Carpzovius Lutheranus in suâ practica notâ  
 rerum Criminalium part. 3. q. 112. n. 82. Quo-  
 ritur inquit: Si reus cui data est securitas  
 in iudicio delictum sponte fuerit confessus,  
 statim securitate non obstante in carcerem con-  
 ieci & puniri queat. Quod affirmo cum Dan.  
 Mollero l. 2. Semestr. cap. 1. n. 2. Tum, quod in  
 confessum nulla alia sint partes iudicis, quam  
 in condemnando. proinde sin fin. ff. ad leg. aquil.  
 Tum quod saluus conductus ei tantummodo  
 concedi solet, qui se innocentem asserit, aut ex-  
 ceptione aliquâ utitur, quâ probatâ à pœna  
 liberare potest. Joan. Zang. in tract. de excep.  
 part. 2. cap. 5. n. 15. &c. quare si reus crimine  
 simpliciter confessus fuit, nil quidquam illi  
 securitas iuvare poterit, ideoq; eâ non obsta-  
 te, accusatum in carcerandum & puniendum  
 esse rectissimè quis affirmaverit.

88. Sed demus non subintellectam in litteris salvi conductus clausulam prædictam, nec tamen ad huc Imperator frædifragus haberi poterit: Siquidem jam præviè fidem Imperatori datam Hussus fregerat, stramini se abscondens & fugam capeffens, ex quâ retractus & è curru descendens iterato populo (qui magno concursu ad spectaculum concurrerat) se immiscens, & latibulum quærens: cum tamen ei ab Imperatore specialiter demandatum fuisset, ne fugam capefferet, & hanc conditionem ipse acceptasset, locum proinde in Hussu habet supra allatum axioma, frangenti fidem, fides frangatur eidem. Nec in *Hussu* ait *Campianus*, *ratione 4. ad Academicos Anglos: animadversum fuisset, nisi homo perfidiosus & pestilens retractus ex fuga, quam ei Sigismundus Imperator periculo capitis interdixerat violatis etiam conditionibus, quas scripto pepigerat, cum Cesare, vim omnem diplomatis enervasset: Nec Cæsar Hussu contra Ecclesiam, cuius & ipse membrum & subjectus erat, & Deum ipsum tueri potuit. Nec est punitus Hussus ait Florim. Remund. lib. 4. cap. 3. ob*

152.88

K 2

crimi-

crimina lesæ Majestatis divina, quæ in Bole-  
miâ ante profectioem suam commiserat, sed  
ea, quæ post saluum conductum acceptum Con-  
stantia commisit, Ecclesia se submittere nolens,  
& in Hæresi pertinaciter perseverans: si enim  
quis latro sub salvo conductu coram Judo  
compareret, is pro commissis quidem, non autem  
de committendis securitatem prætere posse.

89. Ad secundum punctum petitionem  
& denegationem audientia, quod attinet,  
contrarium evincunt formalia verba ipsius  
Concilij Constantiensis, cui magis, quam  
Lutherano Historico fidendum est: sessione  
enim 15. hæc inter alia habet: Sacrosancta  
Constantiensis Synodus declarat & definit, Ar-  
ticulos infra scriptos, qui habitâ collatione per  
plures Magistros in sacrâ paginâ reperti fuerunt  
contineri in libris & opusculis Joannis  
Huss, manu ejus propria scriptis: & quos et-  
iam idem Joannes Huss in publicâ audientia  
coram Patribus & Prelatis hujus concilij con-  
fessus est, in suis libris & opusculis contineri,  
non esse Catholicos, nec tanquam tales esse ad-  
matisandos &c.

90. Ex quibus allegatis apparet falsitas  
puncti

puncti tertij supra allegati: cum ipse Imperator teste Cochlaeo lib. 4. hist. Hussit. fateatur Patres Concilij se pro Hussio instante nihil aliud respondisse, quam: *si nollet admittere justitie prosecutionem in Concilio, quid tunc in isto loco facere debeant.* Fecit certe Imperator pro Hussio quidquid potuit: in confesso Patrum Concilij sic eum affatus: *Ioannes Huss ecce dua via tibi proposita sunt, nempe ut abjures & revoces errores tuos hic condemnatos, subdasque te gratia Concilij, sic fiet, ut Concilium aliquid gratia tibi exhibeat, si autem ditos Articulos Erroneos de cætero defendere volueris: Concilium & Doctores habent jura sua, quidnam finaliter tecum agere debeant.* Eadem postridie repetens, sed nihil se proficere videns: ad Patres Concilij conversus: *Audistis Reverendissimi Domini multa ex Ioannis Huss libris excerpta, quæ & ipse confitetur & sufficienter testibus convicta sunt, è quibus vel unum satis foret ad ipsum condemnandum. Quapropter si noluerit eos errores revocare, & abjurare, poteritis contra illos discernere, ut ipse comburatur, aut agere cum eo juxta jura vestra, sicut scitis.*

K 3

91. Sub-



91. Subsecuta est hanc monitionem sententia synodi sess. 15. his verbis: *Ioannem Huss Hereticum fuisse, & tanquam hereticum indicandum & condemnandum.* Et paulò post eundem *Ioannem Huss* ab ordine Sacerdotali & alijs ordinibus, quibus insignitus est, deponendum & degradandum. Quà degradatione facta subdidit. *Hæc Sancta Synodus Constantiensis Ioannem Huss* attento, quod Ecclesia Divina non habeat ultra, quod gerere valeat; iudicium Saculari relinquere, & ipsum Curia Saculari relinquendum fore discernit. Quibus peractis *Sigismundus* ait ad *Ludovicum* Electorem Ducem Bavariæ, qui aureum pomum tenebat: *Vade recipe eum.* Qui recipiens illum tradidit licitoribus capite tonsum & alto pileo papyraceo coronatum, cui inscriptum hic est *Heresiarcha.*

Nec solùm ex Authoritate Concilij Constantiensis, sed & Cladis Varnensis probantur Adversarij docere Catholicos, & Maxime Summum Pontificem, non esse servandam Hæreticis fidem.

92. Cum Clade autem Varnensi res sic habet. Inierat cum *Amurathe* Secundo Turcarum

carum Rege inducias *Uladislaus An. 1444.*  
 utrimque Juramento firmatas : Christianis  
 libro *Evangeliorum* & Turcis suo *Alcora-*  
*no*, inter jurandum digitos imponentibus :  
 Sed suasu Juliani Cardinalis hoc fœdus ru-  
 pit *Uladislaus* & iterato bello Turcas ag-  
 gressus , postquam illorum triginta Millia  
 stravisset, & *Amurathes* suorum cladem vi-  
 dens Deum Christianorum , ut fœdifragi-  
 um suorum vindicaret invocasset : mox vi-  
 ctoria à Christianis ad A catholicos transili-  
 it illis usque ad interneccionem interemptis  
 occisis etiam *Uladislao* & *Iuliano* Cardinale:  
 Hæc *Christiannus Matthia*, eâdem fide quâ  
 successum Concilij Constantiensis circa Jo-  
 annem Huss enarraverat. Qui addit *Eugeni-*  
*um IV.* Pontificem scripsisse *Iuliano*, nullum  
 valere fœdus, quod se inconsulto cum Ho-  
 stibus initum sit & hoc Epitaphium :

*Romulida Cannas, ego Varnam clade notavi,*  
*Discite Mortales, non temerare fidem.*  
*Me nisi Pontifices jussissent rumpere fœdus,*  
*Non ferret schyiticum Pannonis ora jugum.*

93. Sed nec Cardinalem nec Summum

K 4

Ponti-

Pontificem suafisse absolute foedifragium, sed urfisse conservationem foederis prius tempore secum & alijs Principibus Christianis initi: declarant verba ipsiusmet Cardinalis ad Regem perorantis: Cujus verba initialia apud *Bzovium ad Annum 1444. 1497.* hæc sunt: *Si quis vestrum fortasse miratur, quòd de rescindenda Pace ac violanda fidesim verba facturus, is primùm intelligat, nihil aliud hodie, quam de servando foedere vobiscum acturum.* Et paulò post: *Quid Turcarum perfidia prestare debeatis non id quaeritur hodie, sed violata fidei & soluti foederis ante conscientie vestrae tribunal postulamus. Nonne cum Eugenio Pontifice & Palaeologo Imperatore atque una cum Italis & Grecis, ubi à Thracia cum auxiliaribus copiis occurrerent, Latini Classem ingentem in Hellespontum mitterent, sacrosanctum ultro foedus percussistis? Percussistis. si percussistis cur cum Turcis isto violato aliud transegistis? quomodo, quamvis transactum sit, servare poteritis secundum omnino vobis foedus rescindendum est, ne primùm violetis.* Hæc sunt verba Cardinalis, qui etiam toto sermonis decursu nullam

nullam scripti Pontificij mentionem facit: & dato non concesso, quod Cardinalis asseruisset nullum valere foedus cum infidelibus sine consensu summi Pontificis initum: an ideo omnes Catholici hoc docent? certè à particulari ad universale vacillat Argumentatio.

94. Quibus adde ex *Bzovio loc. cit.* Turcam jam ante violasse foedus cum *Uladislao* initum, dum captivos, quos dimissurum & civitates quas traditurum super quibus conventum erat promitteret: & tamen tempore præfinito nec illos dimitteret, nec has traderet: adeoq; juxta supra allegatum axioma, illi frangenti fidem, fides justè frangi potuit. Absurdum proinde est, ex clade consecuta inferre, illam ob præensum non factum foedifragium contigisse asserere: in quo sattemerarius fuit supra allegatus *Christianus Matthia*, Summi Pontificis Summus Antagonista & ex asse osor, sibi ipsi in propriâ Historiâ, in eodem facto contradicens. Stragem enim quam loco numero præcedenti citato, violationi icti foederis Pontificij impulsu Juliani Cardinalis facti

cuslon K 5 asseri-

ascripserat, paulo ante alieni Regni usurpationi his verbis ascribit inquit: *Vladislaus in bello contra Turcas gesto perijt, & ita Regni alieni usurpationi poenas dedit ( & dum Ladislaus in Regno Paterno spoliare quaesivit, suum Polonicum amisit. Quæ causa alia est, quam ante in odium Summi Pontificis allegata certe varietas & repugnantia in teste arguit dolum, atque ita tenetur de falso. Aret. in c. nostra de Testib. Alciat. de præsumpt. 23. n. 7. Reg. 2. Præsumpt. 31. n. 3. Menoch. lib. 5. præsumpt. 23. n. 7. hinc sibi ipsi contrarius non est audiendus C. sollicitudinem de appell. in fin. Gloss. ibid. verb. adversa &c. Quod si alterutro ipsius contrario standum est, stabitur primo antiquiori, quod incorruptius protulit, quam posteriori, quod in odium Summi Pontificis. Unde gl. in cap. litteras de præsumpt. ver. purgavit. Hoc est notabile ait, quod semper standum primo dicto alicujus, si postea contrarium dicat: Quod limitat Abbas in c. per tuum de prob. Si secundum dictum veniat in favorem confitentis, seu id præsumitur appetere, ut in præfenti.*

95. Longe melius Cladem Varnensem

hic

hic Author foedifragio Pontificio, quo ruptum foedus prius initum, & quo stante secundum injuri non potuit: quam violationi foederis posterioris, cum injuriâ Summi Pontificis, & tot Christianorum Principum contra secundum Decalogi Præceptum facti adscriberet *Christianus Matthia*, & posterius Distichon à se excogitati Epithaphij hoc modo inverteret.

*Si non Pontificis violassem foedera summi  
Non ferret Schyticum Pannonis ora jugum.*

PROPOSITIO X.

*Princeps Christianus bello impetitus cum Turca & Infidelibus foedus inire & auxilium petere potest.*

96. **F**Oedus definit *Boxbornius* *instit. Polit. lib. 1. cap. 11.* quod sit duorum vel plurium Principum, vel Rerumpublicarum publica de amicitia, societate, mutuis commercijs mutuisq; auxiliis prestandis pactio, seu solemnis conventio. Quod si cum vicinis in ea-  
tur, eo præcipue fine id fiat. i. ut finiantur,

decidanturque lites, & exortæ similitates  
 2. Ut de fœderis lege ex omnium fortuna  
 idoneæ ad propulsandum communem ho-  
 stem vires decernantur. Quod si vicini cum  
 quibus fœdus firmatur Majores sint præ-  
 denter & ita agendum, ne illis in manus tra-  
 dantur claustra Imperij: minores enim spe-  
 cie delati auxiliij facile à majoribus oppri-  
 muntur: in accipiendo proinde auxilio nun-  
 quam nimium: siue quod majus est, copijs  
 quæ iuvantur, accipiendum est. Nec summa  
 rerum auxiliaribus copijs unquam permit-  
 tenda est: id enim aliud non esset, quam tra-  
 dere vim Majestatis. Vnde non nisi summa  
 necessitate id exigente fœderatorum auxilia  
 admittenda sunt: tum quia semel admissa  
 difficulter admodum dimittuntur, tum quia  
 ambitiose & cum contemptu illorum, qui  
 bus iuvandis veniunt, & insolenter plerumque  
 agunt, uti suo damno in auxiliaribus Copijs  
 à Gallo contra Principem Monasteriensem  
 acceptis Batavi experti sunt. Sed his longius  
 immorari præsentis propositi non est.

97. Licite cum Turcâ, aliisque Infideli-  
 bus fœdera sanciri his rationibus suadeti  
 possit

posset. *Primo*: quia defensio propriæ vitæ & Bonorum cum moderamine inculpatae tutelæ cuilibet particulari, est licita, ergo multo magis Principi pro patriæ & sui necessariâ defensione: cum enim licitus est finis, licita quoque sunt, quæ ad finem ordinantur: maxime cum necessitas legem non habeat, & impossibile supponat, ad quod nemo obligatur. *Secundo*: quia fideles in iusto bello infideles iuvare possunt (Julianus enim Apostata plures Christianos milites habuit) cur non & contra? *Tertio*: Deus ipse usus est Nabuchodonosore, aliisque Infidelibus Principibus ad correctionem fidelium: Cur non & idem possit ad exemplum divinum Princeps? *Quarto*: Abraham fœdus pepigit cum Ammorheo & Escol. Judas Machabeus cum Romanis: David cum Achis Rege Geth. Salomon cum Hiram.

98. Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis lib. 2. cap. 15. n. 8. de fœderibus ait frequens est questio, licite ne incantur cum his, qui à vera religione alieni sunt: quæ res in Jure nature dubitationem non habet: Nam id Jus ita omnibus Hominibus Commune est, ut Religionis



discrimen admittat. Sed de Iure divino quaeritur, ex quo hanc quaestionem tractant non Theologi tantum, sed & Iurisconsultorum nonnulli, inter quos Oldradus & Decianus; sed adductis exemplis jam ante allatis affirmativam tenet, licere de Iure divino, tam veteri, quam Evangelico: Cui assentitur Christianus Lichtenbenthal in suo Collegio Politico Exercit. 14. quaest. 6. Didacus Saverda licet sententiam contrariam teneat in Symbolis Politicis Symbolo 93. nihilominus illa foedera cum haereticis licita asserit, quae aut belli sopiendi, aut commerciorum exercendorum causa fiunt: quale fuit Isaaci, cum Abimeleco, & quod etiamnum viget Hispaniam inter & Angliam. Cujus sententia tenenda est, ac dicendum cum Reinkingh foedera cum Turcis & infidelibus inita illicita, Deo quae summe displicentia esse, idque ex jam dicto Saverda ostenditur.

99. Tyrrhenum mare ait is saepius expertum est pericula amicitiae & societatis montis Vesuvij. Abdidit mons ille sub viridi suo pallio astum & siccitatem suorum viscerum & mare nihil suspicatum mali, foedus cum meo amicitiam re nihil

eumq; strinxit undarum suarum brachiis, nulla habitâ ratione illius, quæ inter ambas istas naturas intercedit contrarietatis. Verum dolosus ille mons sinistram suam intentionem pressit in pectore. Crevit inter utrumq; communicatio per occultas, quasdam vias, nec capere potuit vicinum mare, fictum illum amicum, non nisi munimenta adversus se erigere, & subterraneos cum diversis metallis sulphureis instruere cuniculos, donec ijs jam perfectis ignem admovent. In supremo montis cacumine hiatus ingens & profundus se aperuit, unde flammæ erumpébant. Contremuit sæpius vastum illud corpus, tantæ molis, ac ponderis, & inter horrenda tonitrua incensas evomuit liquecentium metallorum indigestas materias, quæ in illius fervebant stomacho, & per montis declivia ad instar torrentium igneorum in circumjacentes agros sese effuderunt: donec in ipsum mare dilaberentur. Pugnarunt inter se ambo Elementa, non sine trepidatione ipsius naturæ metuentis, ne pulcherrima hæc rerum fabrica conflagraret: ardebant ipsi aquarum fluctus à superiore hoste domiti. Pisces flammis innatantes extincti sunt.

100. Ecce

100. Ecce Symbolum & Emblemata impiorum foederum. Tales semper habebunt effectus, omnia similia foedera, quae dispari naturae sunt, & conditionis. Nec damna minora metuat Princeps Catholicus, qui societatem cum infidelibus coierit: nam cum nulla graviora sint odia, quam quae ex Religionum diversitate oriuntur; fieri quidem potest, ut ea necessitas praesens dissimulet, quin tamen erumpant aliquando, nemo impedit. Quomodo obsecro conservari poterit inter illos amicitia, si unus alteri satis non fidat, & ruina unius cedat in emolumentum alterius. Qui opinionibus discrepant, etiam animis dissident; cumque creaturae simulacrum illius & supremi artificis, ferre non possumus, ut eidem denegetur ille adoratiois cultus, quem verum & orthodoxum judicamus. Et licet bona esset infidelium amicitia, justitia tamen divina non permittit, ut hostium suorum opera fines nostros consequamur: quin plerumque nos castigat per illam ipsam infidelem manum, quae peccatis subscripsit.

101. Imperium, quod Constantinus Im-

perat  
per f  
nim  
ctio  
vivâ  
C  
cia,  
latio  
extre  
ca in  
supr  
agno  
cess  
felic  
I  
Rom  
pote  
pra  
pen  
eju  
cipa  
nim  
lium  
qui  
ver

per-

perator in orientem transtulit pessum ivit  
per fœdera Paleologorum cum Turcis Deo  
nimirum permittente, ut posteris corre-  
ctionis esset exemplum absque ullâ tamen  
vivâ familiæ illius memoriâ.

Quas calamitates non perpeffa est Fran-  
cia, postquam Rex *Franciscus* magis æmu-  
latione gloriæ *Caroli V.* Imperatoris, quam  
extremâ necessitate ductus fœdus cum Tur-  
ca iniit, eumque in Europam evocavit. In  
supremo vitæ Articulo hunc errorem suum  
agnovit, & detestatus est. Sed & ab ejus suc-  
cessoribus pœnam Deus repetiit morte in-  
felici & violentâ eos tollendo è medio.

102. Simul ac *Judas Machabeus* cum  
*Romanis* junxit amicitias contra Græcorum  
potentiam: orbatur duorum Angelorum  
præsidio, qui ejus lateri, assistebant. Eandem  
pœnam, eademque ex causâ etiam dedere  
ejus fratres *Jonathas* & *Simon*, qui ei in prin-  
cipatu successerant. Quod si eâ severitate, a-  
nimadvertit Deus in Principes, qui infide-  
lium, Hæreticorumq; implorant auxilium:  
quid iis faciet, qui iisdem opem ferunt ad-  
versus Catholicos, & in causa sunt, cur tan-  
tos

tos

tos illi progressus faciant? unde facile collige-  
 ges, quantam Dei offensam incurrerint, incurrant hi, qui ad opprimendam (à qua-  
 lassi) domum Austriacam nullo naturalis  
 defensionis, aut extremæ necessitatis titulo  
 suffragante, cum illius hostibus & Hæreticis  
 foedus sanxerunt, bellum ei inferendo, illud  
 in alienis terris extra status suos fovendo.  
 Hæreticis, ut contra Catholicos triumphent, assistendo. Quod licet illi ob suum, ut  
 post patuit privatum emolumentum fecerint,  
 nec huc usque vindicem Dei manus  
 fenserint: nequaquam tamen illam evadent,  
 sed tanto efficacius sentient, quanto amplius  
 differtur: tarde enim ad vindictam sui divina  
 procedit ira: sed tarditatem vindictæ supplicij  
 gravitate compensat. Lataque est contra  
 illos, illorumque similes jam dudum per  
 Salomonem divina sententia: *Ecclesiast. 1. 11.*  
 Regnum à gente in gentem transfertur pro-  
 pter injustitias, & injurias, & contumelias, &  
 diversos dolos.

103. At inquires necessitas & defensionis  
 naturalis sæpe ad similia foedera coarctat: sed  
 raro omnes circumstantiæ & conditiones

antidotes

tales concurrunt, quæ ea licita faciant, & majoris sint ponderis, quam universale scandalum, & periculum opinionibus falsis veram inficiendi Religionem: Siquidem eorum communio veneni instar est, quod facile alios corripit: cancer, qui celeriter serpit, ubi novitate & licentiâ capti fuerint animi. Poterit quidem politica divinis diffisâ suffragiis & præsiidiis, ac in artibus humanis spem collocans, se ipsam fallere; Deum non item in cujus tribunali rationes mere apparentes locum non habent.

Ex quibus facilis est responsio ad Argumenta ex adverso proposita talis enim defensio nequaquam licita est, sed inficit finem malitiâ suâ, qui proinde bonus non est, non enim sunt facienda mala, ut eveniant Bona: sæpeque imaginantur Principes necessitatem, ubi non est: nec semper necessitas licitum facit, quod alias illicitum est: nec ulla est divina prohibitio, ne fideles infidelibus servant, & illis obediant, sicut in contrarium.

104. Non possum hic præterire temerariam & contumeliosam *Christiani Matthie lib. 4. Theatri Historia in Friderico 3. assertionem.*

tionem. Vbi postquam miserandam *Uladislai* & Christianorum Cladem retulisset, tandem subjungit: *Adeo consensu experientia perpetuae certum est, nulla fuisse unquam felicitia foedera cum Pontificibus facta, vel bella de illorum consilio suscepta, & administrata praesertim ubi cause fuerunt aliqua religionis specie vestita, aut cum fuit spectata, & quaevis dignitatis, aut potentiae Pontificiae amplificatio.* Nimirum ex *Vatiniano* in Romanum Pontificem odio sicut supra, sic iterato hic mendacem facit: An non felicissimus fuit successus armorum consulente *Summo Pontifice* adversus *Longobardos* in Italia à *Carolo Magno* sumptorum? Quid, quodidem *Carolus Magnus* in omnibus suis expeditionibus victoriosissimus, nihil fere sine consilio, aut consensu *Summi Pontificis* aggressus sit? An non fuit felix belli Eventus à *Carolo V. Summo Pontifici* confederato contra *Protestantes* susceptus? Ipse *Christiannus Matthiae* in *Carolo* id fatetur. Sic quoque nota est felicitas belli adversus *Turcam* Anno 1671. ab *Hispanis & Venetis Pontifici* confederatis in pugna *Naupactensi* peracti. Sed

unicum

unicum & singulare gaudium est protestantibus, si acuant linguas suas sicut serpentum contra Summum Pontificum : vera sint vel falsa, quæ narrantur, *Christiani* nihil refert ex illo consilio : audacter calumniare, semper aliquid hæret.

### PROPOSITIO XI.

*Princeps Sæcularis Excommunicari Ecclesiasticâ potestate non potest.*

105. **S**Vppositis principiis supra & allatis & explosis, quod Princeps rerum Ecclesiasticarum summam habeat potestatem, sitque de Jure divino Episcopus : infallibiliter quoque sequitur, eundem Ecclesiasticâ potestate excommunicari non posse : cum illius sit supremum caput nulli subiectus, à quo quidquid est potestatis Episcopalis tam Jurisdictionis, quam ordinariæ dimanat : minor autem in majorem, nec par in parem potestatem habet, Ac ita Principis tanquam Episcopi ex fundamentis allegatis est alios excommunicare, non ab alijs excommunicari, id quod insinuat *Christianus Lieben-*



Liebenthal Exerc. 13. n. 31. sui Collegij Politi  
 Porro potest ait Episcopus vi Jurisdictionis  
 suae, quàm in tota Diœcesi, & qualibet ejus  
 parte fundatam habet, Clericorum omnium  
 tam civiles & criminales, quam spiritualium  
 potissimum causas audire per sententiam defini-  
 nire, poenas decernere, emendas imponere, Cle-  
 ricos ob Crimen excessum, vel defectum cog-  
 tum ab officio & dignitate suspendere, im-  
 prorsus removere & deponere, eosdem restitu-  
 re, insuper etiam censuram Ecclesiasticam  
 omnes Diœcesanos Clericos & Laicos per Ex-  
 communicationem Majorem & Minorem  
 justissimâ ratione exercere, item ab Excom-  
 municatione reconciliatos absolvere. Cum  
 ergò secundû ipsos Principes sint Episcopi  
 indubie illorû quoq; officij hæc erunt, quod  
 licet faciant status Augustanæ Confessionis  
 per suos: virtualiter tamen fit ab ipsis præ-  
 tensam potestatem dantibus.

106. Excommunicatio aliud nihil est  
 quam ab Ecclesiæ communione separatio  
 idcirco dicta *Anathema* id est aeterna mor-  
 tuaminioc. nemo Episcoporum 11. q. 3. quod  
 mo Sathanæ traditur 1. Cor. 5. & 1. ad Tim.

Omn  
 Sace  
 ditur  
 in E  
 H  
 Eccl  
 depe  
 Can.  
 nica  
 pla se  
 thori  
 mio  
 Chri  
 scani  
 S. An  
 tual  
 na es  
 qua  
 & an  
 S. An  
 um &  
 mor  
 Imp  
 fulm  
 ltra  
 Omnis

Omnis enim Christianus ait Gratianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur Sathanae traditur: quia extra Ecclesiam Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus.

Hujus infligendæ potestatis semper penes Ecclesiam fuit, cum sit spiritualis à clavibus dependens, ita Concilium Aaraysicanum Can. 107. cui interfuit S. Augustinus: Canonica instituta ait & Patrum Sanctorum exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores auctoritate Dei & judicio Sancti Spiritus à gremio S. Matris Ecclesie, & à consortio totius Christianitatis eliminandos, quoad usq; resipiscant & Ecclesie satisfaciant: Idem ostendit S. Augustinus Epist. 75. ad Auxilium: spiritualis (non politica, ut Hæretici putant) pœna est Anathema: qua fit, quod scriptum est, quæ ligaveritis in terrâ, ligata erunt in cœlis: & animas obligat. Notum est etiam Exemplum S. Ambrosij, qui Excommunicavit Theodosium & sacris exclusit, & plurimorum Summorum Pontificum & Episcoporum, qui Imperatores, Reges & Principes similiter fulmine Excommunicationis ferierunt. Frustra igitur prætendit Reinkingh. Primo: Excommu-

commu-

communicationem simul dependere à potestate Sæculari. *Secundo*: debere fieri cum consensu Ecclesiæ, nec debere infligi, sine consensu Principis, adducens statutum *Henrici II. Regis Angliæ*: contrarium enim evincunt praxis Ecclesiæ tot sæculorum, & adductæ paulo ante Authoritates Concilij, & SS. Patrum. Exemplum *Henrici II.* nihil stringit: quia enim illud statutum impium fuit, mori maluit, & sanguinem fundere *Thomas Arch. Episcopus Cantuariensis* & *Martyr*, quam in ipsum consentire.

107. Sed hic *Reinkingium* sat mirari nequeo, supra *Class. 1. cap. 1* docuerat Magistratum Sæcularem & Principem habere potestatem utriusque tabulæ, & Ecclesiam esse in republica, non rempublicam in Ecclesia adeoq; Principem Sæcularem esse caput reipublicæ, supra rempublicam & Ecclesiam, cujstamen contrarium docet *Class. 2. cap. 2. num. 37*. Certum quidem est ait *Presbyterium* & potestatem hanc excommunicandi esse spirituale Christi tribunal, concernens conscientias, & propterea neminem Mortalium ab illa dominatione immunem esse. *Beza*

Excomm.

*Excomm. in fin. ne supremum quidem Principem; quia non est supra Ecclesiam, sed intra:*  
 At quaeso, cui ergo subest Princeps? Quis & à quo habet potestatem se excommunicandi? non enim est credendum Principem suo Superintendententi dedisse potestatem seipsum excommunicandi, cum hæc ad clavium jus spectet: quam Principes Augustanæ confessionis habere non posse, supra ostensum est.  
 108. Superioribus assertionibus addi potest hoc tempore satis communis, Principem scilicet esse solutum legibus: quæ ordinariè, quod intelligenda sit de legibus positivis & merè civilibus explicatur (à jure enim naturali & divino illum nec ullum exemptum, certum est: licet proh dolor aliqui modo adulterijs, Poligamijs, & concubinitibus contra jus naturale quasi hæc sibi liceant, vacent) & quoad vim coactivam: quoad vim verò directivam quin illis subijciatur, nulli dubium: unde est illud S. *Ambrosij*: *leges fert Imperator, quas primus ipse custodiat* & tritum illud: *Patere legem, quam ipse tuleris*, quod etiam agnoverunt Imperatores *Trajanus & Theodosius*: Ille quidem dum

L                      ensem

ensem Tribuno porrigens, illo etiam in se  
uti voluit, si perperam imperaret: hic autem  
dum illam Principe dignam esse vocem  
xit: *se legibus subditum esse profiteri*, ut me-  
to *Claudianus Poëta* moneat Principem.

*In commune jubes si quid censesq; tenendum,  
Primus jussa subi, tunc observantior aqua  
Fit populus: nec ferre negat, cum viderit ipse  
Authorem parere sibi. Componitur orbis  
Regis ad Exemplum, nec sic inflectere sensus  
Humanos edicta valent, ut vita regentis.  
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.*

## PROPOSITIO XII.

*Sacris litteris repugnat, & institutio  
Christi Summum Pontificem & Episcopos,  
scopos, habere Dominia Temporalia.*

110. **N**ihil est, quod ita torqueat A-  
tholicorum animos, quam po-  
tentia Summi Pontificis, quod is Dominus  
Temporalia habeat, ac se trium Regnorum  
*Italiae, Siciliae, & Neapolis* Regem dicat: hoc  
que sub titulo in Tiara Pontificia tres con-

nas aureas gestet: hinc omnia, quæ excogitari possunt, argumenta conquirunt, ut ostendant id ipsum Summo Pontifici, qui Vicarium Christi se dicit, nullatenus congruere & donationem Constantinianam nunquam esse factam, unde *Philippus Andreas Borcholdensis ad Instrum. Pacis Osnabrugensis de Notitia rerum Imperij Roman. German. part. 2. disc. 2. n. 4.* nullam se inter & papistas ac diffidij ex Religione orti pacis spem præaugurat, nisi Summus Pontifex vice deatum tres coronas &c. deponat: verba illius sunt: *Deponat itaq; Romanus Pontifex, vice deatum suum (neque titulo legitimo neque bona fidei innixum) induat Catholicam & verè Apostolicam modestiam: triplicem coronam suam à capite dimittat. Patrimonium S. Petri (quod ficto titulo ita vocat) cum urbe Roma Imperatoribus nostris legitimis illarum ditionum Dominis reddat, Christi & discipulorum ejus humilitatem ex animo sectetur: Politico Magistratui (Trinunius Dei in terris vicario) animam suam subijciat Rom. 13. verbum Dei ipse cum Clero suo abjectis capitiis in sacro suggestu sincere*

L 2 prædicet

predicet, Sacramenta juxta ordinationem  
 verbi Dei administret, traditionesq. suas cen-  
 tinas ultra mille meandros tortuosas ac fi-  
 xuosas eternâ amnestiâ aboleat & tunc in Ec-  
 clesiasticam Rempublicam redibunt aurea sa-  
 cula. Tunc enim miseri germani in nationa-  
 li quondam Concilio Preside Imperatore dis-  
 cidia religionis papali imperio cessante tandem  
 aliquando cõponere poterunt. Ecce insignis  
 Borchholdensis ad Summum Pontificem in-  
 structio similis illi quàm eidem quoad urbem  
 Romæ aliaque Italiæ dominia dat D. Corne-  
 gius mox in probatione juris Pontificij quo-  
 ad urbem Romam citandus: nimirum omnia  
 spes concordia abest, nisi Summus Pontifex  
 definat esse qui est, vicarius Christi: tripli-  
 cem coronam sibi omni jure (ut paulo post  
 probabitur) competentem aliaque domania  
 temporalia, quæ suis August. Confes. Principi-  
 bus arrogat Protestantes, abijciat: Impera-  
 tori contra omnia jura & SS. Patres  
 subijciat: Summa ut fiat quod scriptum est  
*Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis*  
*Matt. 26.* Sed supra exhibita sunt ista & tunc  
 amplius risu digna, quod ante ortum Lutheri  
 ejusque

ejusque aſſeclarum prædamnata in Concilio enim Constantienſi inter alias *Joannis Huſſ* proſitiones hæc quoque damnata fuit: *Silveſter Papa, Conſtantinus Imperator erraverunt, quod opibus dotaverunt Eccleſiam.* Nihilominus Aſſertio allata probatur ex *Reinkingh lib. 1. claſſ. 2. cap. 6.*

III. *Primo:* Quia diſtincta ſunt dona Dei Sacerdotium & Imperium, nec ſine magnâ ataxiâ confundi poſſunt *cap. tuam no. X. de ord. cognit.*

*Secundo:* Facit *text. in c. cauſam. X. Qui filij ſunt legitimi.* Nos attendentes, quod ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus judicare, ne videamur juri Regis Anglorum detrabere.

*Tertio:* Facit *cap. Venerabilem eod. ibi expreſſè dicitur Regem Francorum non recognoscere ſuperiorem in temporalibus, adeoq; Papæ ut ſic, non ſubest.* Quo etiam faciunt *cap. Quoniam diſt. 10. & text. notab. in cap. noſi competentem §. ſed notandum 2. q. 7. ibi due perſona ſunt, quibus mundus regitur, Regalis videlicet, & Sacerdotalis: ſicut Reges præſunt cauſis ſæculi, ita Sacerdotes cauſis Dei. & in §.*



sequenti. Sicut ergo Ozias à Domino lepra percussus est, quod Sacerdotum officia usurpare voluit: Sic Sacerdotibus & Prophetis Regnum officia usurpare non licuit.

Quarto: Accedit ratio, quæ suadet singula officia singulis committenda. cap. 1. de off. 89. c. cum singula de Præb. in 6. l. nemo C. de Assessoris l. Consul. C. de Testamentis, ubi dicitur absurdum esse, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & præcipuè Clericorum opprobrium, si peritos se velint ostendere discrepationum forensium. Et ideo nemo debet esse carnalis & Spiritualis Pater, c. ad limina. 30. q. 1. qui enim ad utrumque festinat, neutrum bene peragit d. l. nemo C. de Assessoris.

112. Quinto: Cum igitur Regnum Christi non sit de hoc mundo, recte fuit Petrus reprehensus, quod gladio Regnum ejus defendere voluit: neque ejus vicarius à reprehensione Christi alienus, si eam sibi potestatem suum perit.

Sexto: Quod Christus Discipulos inquit parit dicens: Reges Gentium dominantur eorum: vos autem non sic. Luc. 22.

*Septimo:* Praxis Ecclesiæ primitivæ, ubi talem Dominationem Episcopi non usurparunt.

*Octavo:* Quod Ecclesiasticis prohibitum sit, ne rebus sæcularibus se immisceant, nec quidquam commune cum publicis & ad curiam spectantibus habeant.

Quæ eadem adducit *lib. 1. Class. 2. cap. 4. n. 32.* Etiam si inquit esset vicarius, non tamen plus Juris haberet in terrenis, quam ipse Principalis, usurpavit. Nam Vicarius licet mandatum generale habeat, non tamen potest facere ea, quæ à Principali ei sunt prohibita: Jam verò Christus Petro & Apostolis inhiuit Dominium & sæculare Imperium. Hinc *Bernardus ad Eugenium: meminere tibi ministerium esse impositum, non dominium datum: discere tibi opus Sarculo, non scepro: Et cap. eodem a n. 50.* usque ad finem latè agit de superbia Summi Pontificis. Sed de his post solutionem argumentorum.

113. Hæc sunt Argumenta, quæ contra Dominatum Summi Pontificis ex plurimis alijs Authoribus objicit jam citatus *Reinkingh*, quibus merito applicari potest illud

*S. Augustini*: Ecce quibus Argumentis divi-  
næ ordinationi humana contradicit infirmitas,  
quam possidet vanitas: omnia enim & sin-  
gula in ipsum & suos Principes retorqueri  
posse, mox videbitur in praxi eadem ex ipso-  
met refutando & retorquendo.

*Quo ergo jure ait Reinkingh lib. 3. Class. 1.  
cap. n. 28. quâue injuriâ Romanus Præsul pro  
stolâ Chlamydem, pro pedo sceptrum, pro codi-  
ce enses versat? Sed quæro ego, quo jure,  
quâue injuriâ Principes Augustinæ confes-  
sionis, qui se Episcopos prætendunt, si sunt,  
pro stolâ chlamydem, pro pedo sceptrum,  
pro codice enses versant? Quod si Princi-  
pes sunt, ut indubitatè sunt: quo jure, quâue  
injuriâ, pro sceptro pedum, pro chlamide  
stolam, & pro ense codicem versant? Eodem  
& majori jure Summus Pontifex; ut Prin-  
ceps Chlamydem, Sceptrum & enses: ut Vic-  
carius Christi, & Successor Petri stolam, pe-  
dum & codicem versat? Quod argumen-  
tum contra protestantes fortissimum est:  
cum ipsi fateantur, & concorditer asserant  
Episcopos Germaniæ veros esse simul Prin-  
cipes & Regalibus ab Imperatore æquè ac*

Sæc-

Sæculares investiri: fateantur itidem plerique eorum Summum Pontificem habere jura Majestatis, quæ utique non ut Vicarius Christi & Episcopus, sed ut Rex & Princeps habere debet. Sed hæc clarius elucebunt ex solutione argumentorum.

114. Ad argumenta in quantum volunt, Summum Pontificem quâ Vicarium Christi, nullatenus decere Imperium, vel dominationem, contra quod præcipuè pugnant pleraque: Respondetur imprimis generaliter ex *Reinkingh lib. 1. Class. 4. cap. 9.* & *Christiano Liebenthal Exercit. 9. quest. 6.* quod ex *Apologiâ Augustana confessionis sub tit. de potest. Ecclesiast. Si quam habent Episcopi potestatem sacularem, hanc non habent ex mandato Dei, ut Episcopi, sed ut Principes amplissimarum ditionum ex jure humano donatam à Regibus & Imperatoribus ad administrationem civilem suorum Bonorum: ideoq; tanquam Ecclesiastica persona propriè territorium non habent. Clement. ne Romani §. sane. de Elect. Sed tanquam Imperij Principes cum potestate Territoriali de amplissimis ditionibus ab Imperatoribus & Regibus investi-*

ri. Siquidem ex Jure Canonico expeditum est, quod Episcopi, tanquam Episcopi per se non habeant sæcularem Jurisdictionem *c. lator X. qui filij sunt legit.* Sicut nec ipse Pontifex Episcoporum Summus *c. venerabilem 34 X. de Elect. c. novit. X. de judic.*

115. Ad argumentum proinde tertium (primum enim, & secundum jam resolutum est, & amplius in sequentibus resolvitur) respondetur ex eodem *Reinkingh: Etiam si Episcopi (& Summus Pontifex) jura territorialia & sæcularem potestatem ex liberalitate priorum Principum una cum Episcopali & Diocesano jure possideant: manent tamen separata munera Sacerdotium & Imperium: nec propterea confunduntur, quia illud jure ministerij, hoc jure usurpant territorij.* Nam idem homo diversis respectibus præditus diverso jure censerit, & sic duplicem personam repræsentare potest *Gail. 1. observ. 30. n. 2. in fin.* Id quod etiam clarissime contra Amesij Bellarminum enervatum in eodem à se vindicato demonstrat *Erbermannus lib. 3. cap. 9. §. 3. per totum.*

Episcopi itaque Germaniæ Pontificiæ

Reli-

Religioni addicti quoad Spiritualia, sive Ecclesiastica Pontificem Romanum: quo ad temporalia verò & regalia Imperatorem respiciunt: *Gail. 1. observ. 30. n. 1. & seq.* Et sicut tanquam Episcopi ad Synodum & tanquam Principes ad Comitata Imperij comparent. Nec ex hoc, quod in unâ eâdemque personâ utrumque concurrit, miscentur. Sicut nec in personâ *Moyfis, Samuelis,* & similibus: imò sæpe per Regnum terrenum cœleste profecit. *c. Principes seculi 28. q. 5. c. filij, 17. q. 6.*

116. Ad quartum & octavum respondetur: *Clericis mere privatis prohibitum esse, ut se negotiis publicis, & ad curiam pertinentibus immisceant, sed nostri Episcopi & Summi Pontifices non sunt tantum Clerici & mere privati: Sed etiam Principes, qui per investituras cesareas, vel alia justâ acquisitione pares Curia Imperialis facti, ac in partem sollicitudinis publica auctoritate assumpti sunt. Textus autem allegati loquuntur de ijs, qui se privatâ auctoritate rebus secularibus ingerunt, & ad ea assumpti non sunt. Hæc Reinkingh: qui videns eadem contra se argumenta mi-*

litare in causâ Summi Pontificis : Neque ad-  
 versantur ait ea, que supra de Pontifice tradi-  
 ta sunt : quia is à nemine, ut Princeps Secula-  
 ris de ditionibus est investitus, sed eas, quas pos-  
 sidet propriâ authoritate, & variis artibus oc-  
 cupavit, & non statuum Imperij, cujus bona  
 detinet: Sed eâdem authoritate qua hæc asse-  
 runtur & negantur. Et datis non concessis  
 quæ allegantur : an ergo nulli Regalia ha-  
 bent, quam qui ab Imperatore investiuntur?  
 Quid ad hæc dicent Reges Gallia, Polonia,  
 Suecia, Anglia? qui omnes jure Regiæ po-  
 testatis & à Deo juxta asserta *Reinkingh* E-  
 piscopale jus habent : adeoque licet non in-  
 vestiti ab Imperatore & Ecclesiasticis & Sæ-  
 cularibus negotiis se immiscere poterunt.  
 Neque prædictus *Reinkingh* omnibus suis  
 ad hoc conquisitis argumentis rem eo de-  
 ducet, ut Summum Pontificem, quem tot  
 Imperatores, Reges & Principes pro legiti-  
 mo Monarchâ agnoverunt, & etiamnum  
 agnoscunt, dominio suo deijciet.

117. Quod ad quintum & reprehensio-  
 nem *Petri* attinet, illa à Christo facta est ob  
 inordinatum zelum & procedendi modum.

quod

quod unicus ipse tantæ militum multitudi-  
 ni se opponere præsumeret : idque petito,  
 sed non expectato mandato Principalis sui,  
 cum enim dixisset : Domine si percutimus  
 in gladio? mox nullâ auditâ resolutione exe-  
 mit gladium & percussit servum Pontificis,  
 & amputavit auriculam ejus: adeoque priva-  
 tâ authoritate, quod esse illicitum infra ad  
 quintum Decalogi Præceptum ostendetur.  
 Sic quoque inutilis est solutio, quam ad argu-  
 mentum à Bellarmino allatum scilicet : *Pe-*  
*trum* non exercuisse sæcularem potestatem  
 in Reges & Principes ob Juris, sed virium  
 defectum: hic adfert *Reinkingh*: *Christus, si*  
*Petro hoc jus concedere voluisset, utiq; & con-*  
*cessisset*: neque enim omnia, quæ Deus alicui  
 concedere vult, mox concedit, sed aliquan-  
 do in tempus convenientius differt: Sic vo-  
 lebat Josephum esse Proregem Ægypti, nec  
 tamen nisi adveniente famis tempore id fa-  
 ctus est: Idem hic de *Petro* dicendum: Scili-  
 cet tunc nondum fuisse tempus gladio sibi  
 concesso utendi, sed aliud expectandum.  
 Certè utrumque gladium temporalem &  
 spiritualem *Petro*, ac Successoribus conces-



sum testatur tantopere ab ipso *Luthero* datus *Bernardus* lib. 4. de *Consid.* cap. 4. Vbi sic alloquitur *Eugenium* Pontificem. Quid tu denuo usurpare gladium tentes, quem semel jussus es ponere in vaginam? quem tamen, quod tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: *Converte gladium tuum in vaginam.* Tuus ergo est ipse, tuus forsitan nutu, et si non tua manu evaginatus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret & dicentibus *Apostolis*: *Ecce gladij duo hic, non respondisset Dominus: Satis est, sed nimis est.* Vterq; ergo *Ecclesie* & *Spiritualis* scilicet gladius & *materialis*: Sed is quidem pro *Ecclesia* ille vero ab *Ecclesia* exerendus est. Ille *Sacerdotis*, is *militis* manu. Sed sane ad nutum *Sacerdotis*, & *Jussu* *Imperatoris*.

118. Ad *Sextum* respondetur. Argumentum hoc quod jam dudum soluit *Bellarminus*, *Onuphrinus*, *Panvinius* part. 1. cap. 9. & jam pridem *Bellarminum* vindicans *Erbermannus* lib. 3. §. 2. n. 1. & alij, contra ipsos adversarios militare: Si enim verum est, quod *Rex* titulo *Regiæ* potestatis, quam à *Deo* habet, etiam *Episcopus* sit, & caput *Ecclesie*

uti ad imitationem Schismatici *Henrici VIII.*  
*Anglia* Regis docent Protestantes: utique  
 Christus in verbis allatis etiam ipsis Prin-  
 cipibus tanquam Episcopis dominationem  
 interdicit. Huic etiam argumento solutio  
 ad quartum optime applicari potest, adeoq;  
 quidquid contra Summum Pontificem obji-  
 cere possunt, id contra suos Principes, quos  
 ipsi Episcopos facere conantur, militat. Si-  
 cut enim *Summus Pontifex* est Successor &  
 Vicarius Christi, ita alij Episcopi aliorum  
 Apostolorum: cum ergo, quæ ad Petrum,  
 etiam ad alios Apostolos dicta sint, utique &  
 omnibus qui Episcopi sunt, vel esse præten-  
 dunt, eadem dicta esse censendum. Ut hic in  
 argumento, quod *lib. 1. Class. 2. cap. 6. n. 8.*  
 adducit *Reinkingh* paucis verbulis interje-  
 ctis ostendo.

119. Deinde ait ibidem, *aut Christus noluit,*  
*aut non potuit S. Petro (aliisque Apostolis)*  
*nervos executionis ad tuendam juris concessi-*  
*potestatem dare: si Petro (aliisque Apostolis)*  
*id dare noluit, nec Successores eorum jure Suc-*  
*cessionis id sibi tribuent: cum non debeant me-*  
*lioris conditionis esse Successores, quam ij, in*  
 quo-

quorum locum succedunt. Nec enim plus Juris  
 quis in alium transferre potest, quam ipse ha-  
 bet. Posterius verò absurdum, imo cum Salva-  
 tor S. Petro (& aliis Apostolis) illam domi-  
 nationem inhibuerit aliquoties, omnibus et-  
 iam illis, qui volunt Petri (aliorumque Apo-  
 stolorum) esse Successores, inhibere voluerit  
 certum est: juxta illud, quae vobis locutus sum,  
 omnibus locutus sum: Marc. 13. Neque his  
 querendum, quam Christus potestatem habue-  
 rit, nec quid, aut quantum conferre potuerit  
 Apostolis, sed quam de facto contulerit, aut  
 conferre voluerit.

120. Quamobrem pergit Reinkingh, re-  
 ctissime dixit Ferrariensis, quod bene & Sa-  
 cile faceret Papa (& Episcopi Augustanae Con-  
 fessionis) Si totam temporalem (Ecclesiasti-  
 cam) Jurisdictionem in manibus Imperatoris  
 (Papae) remitterent, nec aliter unquam Respu-  
 blica & maxime Italia (Germania) quiesce-  
 ret, nec ulterius tale Schisma de Papatu (Reli-  
 gione) quale fuit annis praeteritis ullo tempo-  
 re amplius accederet, & ex hoc status univer-  
 sus Clericorum magis redderetur Deo ac popu-  
 lo devotus, ipseque Papa cum Cardinalibus  
 quietius viveret.

In quibus duobus ultimis §. vides paucis interjectis clauulis, totum argumentum contra ipsos arguentes, retorqueri: apud omnes enim indubitatum est, Christum primum Apostolos in ultimâ cœnâ Episcopos & Sacerdotes ordinasse: adeoque qui Episcopi successores quoque Apostolorum esse prætendunt, & plus Juris sibi arrogare nequeunt, quam sit ipsis à Christo tributum: Christus autem Apostolis, ut volunt aduersarij, inhibuit dominationem, ergo & eorum in officio Successoribus, quales se prætendunt Principes Augustanæ Confessionis.

121. Ad septimum & ultimum respond. cum Reinkingh *multum interesse inter primitivæ Ecclesiæ statum, & hunc præsentem: & inter id, quod fuit, & quod nunc est. L. qui res §. arcam. ff. de solut. Cum enim tanto tempore, de cujus contrario non extat memoria cum potestate Spirituali & Ecclesiastica obtinuerint, & adhuc legitimè obtinent, Ducatus, Comitatus, Baronias cum Jurisdictione temporali: quis eos destituet jure quæsito, & multis annorum centuriis corroborato? Nec enim ea, quæ certam observationem semper habuerunt, remere*

mere

mere mutanda sunt. *L. minime ff. de leg.* Quid confirmat verbis *Philippi Melanchtoni ex Epist. ad Electorem Saxonie scripta. Scilicet eorum hominum cogitationes & consilia, qui de distribuendis inter se Episcopatibus & introducenda nova Imperij forma laborant: nihil aliud, quam seditiones & vim injustam praese ferunt: Hoc proculdubio experta est Germania & ab illis quidem, qui haec scripserunt, dum ante annos paucos in tot Archiepiscopatibus, Monasteriis, Commendis, & tot Centuriis annorum incognitam formam armis & vi introduxerunt.*

122. *Ecce omnia A catholicorum contra Summum Pontificem adducta argumenta proprijs ipsorum resolutionibus jugulata: ut merito hic verificetur: dum stulti vitant vitia, in contraria currunt: habent ergo Summi Pontifices, habent & Episcopi Germaniae praeter gladium spiritualem, quo in animas jus habent, & materiale, quo Pastorale & Episcopale pedum, & ditiones suas, quibus ab Imperatore investuntur, aut quas alio iusto titulo obtinent, tueantur, & defendant: ne simul cum gladio materiali, & Episcopale pedum amittant.*

123. Sed non sufficit Reinkingh, quod conetur Summo Pontifici tollere omni jure (uti paulò post demonstrabitur) competens jus gladij & Monarchiæ, nisi & acerimis illum injuriis persequatur. Pontifices ait lib. 1. Class. 2. cap. 4. n. 55. se profitentur servos servorum Dei verbotenus, re ipsâ tamen volunt esse Domini dominantium & habere jus Regum, & paulò post, Ergo Papa in verbis dicit se servum servorum Dei, & de facto se adorari permittit: Annon hoc est humilitatis vestes in superbia & ambitionis stolam convertere. Huc pertinet, quod verissimè dixit Cornelius Agrippa, omnium admirabilium admirationem hoc vincit, quod nostri Sacerdotes iisdem medijs se cælum posse ascendere putant, quibus olim Lucifer de cælo cecidit, ut refert Meisnerus de regim. Ecclesiast. Conc. l. 143. & tandem lib. 1. Class. 2. cap. 8. n. 12. Auctâ Pontificum potentiâ tanto ambitionis vento inflari cœperunt, ut absolutam sibi in omnes terrarum Principes potestatem fingerent, in omnium fortunas sævirent, & ad oscula suorum pedum adigerent: ita ut Summi Principes in principio litterarum ad Pontifices premiserint

runt post pedum oscula beatorum &c. Hæc ille, quem miror non etiam accusare ipsum Christum Dominum, qui se quoque servum servorum nuncupavit. *Ego inquit in medio vestrum sum, tanquam qui ministrat: & in psalmo, ego sum vermis & non homo, opprobrium hominũ & abjectio plebis: Qui tamen se à S. Maria Magdalena, Muliere Chanaanæ & Centurione respectivè adorari & pedes osculari permisit, factumque laudavit? Cur quoque non arguit superbix, ambitionisque Imperatorem, plurimosque Magnates, qui non nisi flexis poplitibus supplicas sibi tradi & loqui permittunt? Arrogans est hominis Judicium, quod se divino corda scrutanti æquat: Homo videt in facie, Deus in corde & scèpissime sub splendore gemmarum, & in medio honorum, cor latet humillimum, sicut è contra sub vilissimo sago superbium.*

124. Sed & inter Summos Pontifices, qui osculum suorum pedum permiserunt, seque servos servorum Dei nominarunt, plures fuere Sanctitate illustres, quos superbix accusare temerarium utique erit, cum

quis

quis nisi humiliaverit se sicut parvulus non  
possit teste Christo intrare in regnum cœ-  
lorum.

Summum Pontificem pro capite Eccle-  
siæ Vicario Christi, & Successore Petri, pe-  
nes quem, sit suprema potestas solvendi &  
ligandi in cœlo & in terrâ, & à quo, ut à fonte  
ad alios derivetur, agnoscunt omnes Catho-  
lici, nec est, qui ante adventum prætenso-  
rum Ecclesiæ re-vel potius deformatorum  
id in dubium vocarit nisi hæretici: quod  
proinde is vocet se servum servorum Dei,  
humilitatis est juxta illud, *quanto major es,  
humilia te in omnibus, & coram Deo invenies  
gratiam*: cui non obstat, quod ut Vicarius  
Christi pedes sibi osculari permittat, honore  
illo non ipsi sed Christo in illo repræsenta-  
to delato, quemadmodum honor imaginis  
transit in Prototypon. Quibus accedit,  
quod Reges & Principes verè sint servorum  
servi. Nemo enim in Principem electus est,  
ait *Didacus Sacedra Symbol 20.* ut caput ali-  
orum esset duntaxat, sed ut pro tali agnitus  
omnium commodis inserviret, perpen-  
dens illud animo suo Rex *Antigonus* filium  
suum



suum monuit, ne abuteretur potestate sic  
 eum affatus: *An ignoras fili Regnum nostrum  
 nobilem esse servitutem?* Regnare officium  
 potius est, quam dignitas. Principes mon-  
 um consimiles sunt, non tam, quod cœli fa-  
 voribus propiores sint, quam quod omnes  
 temporum injurias ipsi excipiant veluti de-  
 positarij quidam pruinae & nivium, quæ col-  
 liquefactæ deinde defluant ab iisdem, ad  
 moderandam æstivo tempore agrorum fer-  
 tim & valles irrigandas: atque ut erecti al-  
 tius corporibus suis umbram faciant alijs  
 à solis ardoribus eos tueantur.

*De donatione Constantiniana & Domi-  
 nis temporalibus Summi Pontificis in  
 particulari.*

**S**Vperest de famosa illa omnium ferè he-  
 jus ævi publicistarum maxime A catho-  
 licorum scriptis acerrimè impugnata dona-  
 tione Constantinianâ, ibidemque occasio-  
 naliter moveri solitis per transfennam ab-  
 quid attingere; quam aliquando factam fuisse  
 se, licet extra probationes domesticas, quæ  
 ex

ex Archivio originaliter vel in copia depromptæ secundum tradita legistarum utique fidem merentur, apodicticè evinci nequeat: hoc tamen dici posset, eam non frustra litteras *Stephani* ad *Pipinum* exaratas, hujusq; & *Caroli* donationum tabulas supposuisse, qui teste *Anastasio* inter cætera Exarchatum Ravennatensem, Pentapolim aliaque *Emiliae* oppida Pontificibus per Longobardos erepta, iisdem potius quam Bizantinis contra protestantibus restituere maluerunt: quæ omnia nimia erga Sedem Apostolicam Reverentiæ & Superstitiosæ credulitati (ita enim zelum & pietatem majorum nostrorum mendacissimè quidam baptizant) aut inadvertentiæ donantium, quorum latera prudentissimi semper viri cingebant, adscribere velle insulsum est: cæteroque nec argumenta à negativis petita quicquam stringunt, cum accidere facili negotio potuerit, ut de illa semotis forsan arbitris & absque traditione instrumenti peracta *Eusebius* aliique scriptores, quos negotia status quandoque latent, nil rescierint, vel datâ operâ ad removendam invidiam subti-  
cuerint,

cuerint, divisione insuper *Constanti* Italian  
in parte non donata adijciente.

Hæc tamen, ne litem meam facere videatur  
ut quadantenus incerta non urgeo, licet  
probabile sit, casu quo factam statuas, vali-  
dam fuisse & irrevocabilem, nec potuisse  
salvâ justitiâ sequentes à *Constantino* Impe-  
ratores vel Exarchos (secus quam ab illis  
potissimum verò à Gothis & Longobardis  
factitatum est) donatarios in jure quæ-  
rere turbare; in hoc namque moderna non mo-  
dularis cum *Constantini* temporibus, quibus  
alia longè rerum facies erat: detur quidem  
in Regno purè electitio, usufructuario, cu-  
jusvè gubernandi forma capitulationibus  
in legem abeuntibus restricta est, manus im-  
perantium circa regni ejusq; domaniorum  
translationem non adeo liberas esse: sed  
hoc velle componere ad ætatem *Constanti-  
ni*, qui imperium jure pleno, hæreditari-  
um seu patrimoniali secundum *Zonam*, *Origi-  
um* & *Nicephorum* cæteris fratribus à ma-  
tre genitis *Constantij* patris testamentum  
prælatus obtinuit, est cum ratione quodam-  
modo insanire: prout nec ullibi legitur quæ-  
quam

quam everfivi circa facultatem disponendi practicum esse, cur non igitur leviores quasdam particulas, præsertim si de urbe Roma ejusque pomæriis quæstio sit, in *Sylvestrum* transferre potuisset, idque ex identitate juris, quo similes vel inferioris etiam ordinis Monarchæ olim usi fuerunt, sicut infinita hac de re prostant exempla: testamētariam quidem *Abrahami* qui *Eliezero*, *Pirri* qui *Molosso Notho*, *Attali*, *Nicomedis*, *Appionis* & *Alexandrin*, qui populo Romano postremis tabulis, dispositionem verò inter vivos arguunt judicia *Salomonis* qui *Hiramo*, *Herculis* qui *Tyndareo*, *Acamantis* qui *Theseri* filio, *Anaxagore* qui *Melampodi* urbes, provincias, imò integra regna relinquere, nec ibidem procerum consensus, vel absolutè necessarius, ve etiam adhibitus fuisse legitur: quod si tamen illum præcisè urgeas, cur hic defuisse negabis? pugnantè pro solennibus & validitate actus præsumptione legis.

Hoc nihilominus dissimulare nolim, Pontifices perfectam donati possessionem indeptos non fuisse ante tempora *Gregorij II.* &

M

*Leonis*

*Leonis Isauri*, quibus ille demum *Basilico* in urbem & contiguos agros jure uti cepit, quod subsequentes in sede *Petri* non infeliciter continuarunt, eoq; faciebant liberius & justius, quo certius erat urbem fuisse totaliter pro derelicto à *Bizantinis* habitam, qui jam ab Anno 750. testante *Sigonio* & *Sabellico* expugnata ab *Aistulpho* Longobardorum Rege, *Ravennâ* fugatoque *Eusebio* Exarchatu & omni in Italia potestate reciderant.

Stetit adeoque summa rerum ab eo tempore usque ad coronationem *Carol. M.* licet non sine ingentibus à putativis quibusdam ducibus excitatis & pedetentim repressis motibus penes Pontifices, nec unquam in societatem admissus fuit populus, multo minus pristinam redolens libertatem se solum gubernavit; de neutro enim apud scriptores illius ævi, quidquam reperire est, sed benediametraliter contrarium: foedera namque Pontifices soli teste *Zonara* & *Theophano* cum Francis pepigere, *Eunuchum Patriar-* *um à Leone* missum aquâ & igni interdixerunt, inhibueruntque Romanis, evident

subjectionis iudicio, ne Orientalibus vecti-  
galia amplius penderent, qui itidem testanti-  
bus Annalibus Francicis & *Anastasio* in vita  
*Stephani* homagium Pontificibus præstite-  
runt, nec ad alio quàm à Pontificibus patri-  
ciatus, tradente *Zosimo lib. 2.* dignitatis à *Con-*  
*stantino M.* institutæ titulus, *Carolo* con-  
stitutus invenitur, fuit insuper penes eos so-  
los legum condendarum, magistratuum  
creandorum, & abrogandorum potestas,  
cum jure belli & pacis, quam cum *Luitpran-*  
*do, Desiderio & Agilulpho* Regibus iniêrunt,  
& ultra id Romanæ veteris potissimum ci-  
vitatæ mœnia instaurarunt, characteribus  
teste *Knichen, Sixtino* aliisque superioritatis  
territorialis hæctenus indubitatis.

Demonstrari verò demum ad Calendas  
Græcas poterit, omnia illa tunc Papam in-  
strumentaliter seu nomine populi gessisse,  
cum commissionem seu mandatum circa  
hosce actus, quidquid de aliis quandoque in-  
differenti ab hac regiminis forma fuerit,  
Pontifici à populo extraditum nemo hæcte-  
nus produxerit, adeoque violentæ legis con-  
jecturæ, quod omnia quis suo potius quam  
M 2 alieno

alieno nomine agere censeatur, standum erit, donec mandatum sonantia documenta in hanc rem exhibeantur.

Et certè Pontifices tunc suam non populi causam egisse, vel ex hoc redditur probabile, quod à Galliarum Regibus tot tantarumque provinciarum, & urbium largitiones sibi, non Reipublicæ procurarint, qui nec minus intuitu beneficii non à populo sed *Zacharia* per tonsuram *Chilperici* & *Stephano*, perejus inunctionem in Carolingis collati, eidem *Stephano*, *Hadriano*, *Leoni* ad clavum sedentibus suppetias tulerunt, & *Carolus* adhuc dum *Patricius* secundum *Platinam* non cum S. P. Q. R. sed cum dicto *Hadriano* amicitiam (ita ut qui unus hostis & alterius esset) juramento reciproco firmavit: quem etiam *Leoni* contra *Paschalem* *primicerium*, *Campulum* præbyterum aliosque rebelles seu Papalis Dominij pertæsos efficaciter astitisse, nemini nisi antiquitatum hospiti ignotum esse potest.

Duravit autem hæc potestas usque ad ipsam inaugurationem Anno 801. peractam, vi cuius quidquid in temporalibus Romæ habuit Pontifex, maxima ex parte in sape

laudatum *Carolus* transfudit: neque antecederet sub titulo Patricij Exarchalem sive Principalem authoritatem sibi arrogasse legitur, cum omnia illa, quæ circa inquisitionem per se & missos in perduelles jam nominatos patricius statuit, eum non vi propriæ jurisdictionis, sed ob potentiam armorum ex conscientia præacti fæderis amicis imploratum fecisse constat: licet *Paulus* *Emilius* alijque sentiant, quod *Carolus* super accusatione sententiam laturus, ad Prælatorum Ecclesiasticorum admonitionem, solum nempe Deum Pontifici supereminere, exemplo omnium ferè se præcedentium Imperatorum acquieverit, nec iudicium super sedem primam, quæ à nemine iudicatur, ultra sibi arrogare voluerit, Pontifice nihilominus pro contestanda innocentia ultro & spontaneè juramento se purgante.

Amicus quoque *Ravennam*, & *Anconam* professas Patrimonij Petri urbes cum exercitu adiit *Carolus*, vexillum vero urbis *Romæ* cum muneribus missum honoris & conferendi axiomatis Cæsarei argumentum fuit: ideoque non ita longè post missis obviam

M 3 Roma



Romanæ urbis vexillis, cum crucibus atque reliquiis at instar patricij, seu Exarchi magnificè excipiebatur.

Quid verò præclari ex illo colligi velit quod *Leo* rogarit *Carolus*, ut ex optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem, & subjectionem per sacramenta firmaret, vel lynceus viderit, cum eundem *Carolus* armis valentem juxta *Annales Francicos* Pontifex sollicitavit, ut curaret sibi Sacramentum à populo dici; nec alias infertur antecedenter ad homagium, quod nunquam præstitum fuit, populum in devotione pontificis non fuisse.

Erat igitur patricius urbis Romæ non princeps, nec exarchus; antiquis enim temporibus in more positum erat, primariis imperij urbibus, Romæ videlicet & Bizantio, si quem insigni honore vellent mactatum, urbis suæ patricium facere: ita *Theodoricus Veronensem* Constantinopoleos patricium *Zeno* Imperator creavit: factus fuit & *Adalgisus Desiderij* Longobardi filius Patricius Bizantinus: per hoc tamen nil juris illos quidem in urbem accepisse certissimum est, unde

de nihil aliud per patriciatus nomen *Carolo M.* quam jus civitatis Romanæ adjunctam habens nobilitatem, collatum fuit.

Ex quibus de facili colligas, erroneum esse illud, quod turgentes livore devij effutiunt, quasi in coronatione *Caroli* Pontifex tanquam primarius urbis Romanæ civis & sic purè ministerialiter se gesserit, seu prout alij, qui non omnino depuduerunt, statuunt, quod autoritate utriusque, potissimum tamen pontificis ob majorem præ aliis excellentiam *Cæsar* creatus fuerit.

Et prima quidem opinio ex illius ævi monumentis primo statim intuitu falsitatis arguitur; posterior verò tam ex prædeductis quam ex hoc jugulatur, quod laudatio populi electionem *Augusti*, silentibus de hoc historicis illius ævi, nec protunc, cujus contrarium malè probat. *Myller. ab Ehrenbach in Archolog. ord. imper. c. 6. n. 2.* importaverit, nec pro nunc notoriè importet; sicut enim *Carolus* ita & proceres cum plebe mero casu ex devotione, vel studio videndi tot gentium Domitorem & suæ urbis patricium convenerant, populusque juxta *Antoninm*

*Sabellicum* non in Calatis comitijs Imperio cætera viduus, nec destinato ad eligendum animo, sed officij tantum causa circumstetisse fertur, cujus acclamatio nec in sequiori regiminis forma unquam scissa reperitur, sed vel ex integro momentum dedit vel nihil.

Vnde luculenter patet, quomodo capienda sint illa *Anastasij* formalia *ab omnibus constitutum esse*: Sic alibi consensu procerum inauguratus dicitur; non quod illi, clerus vel populus in tribuenda majestate quidquam præstiterint, aut quod Clerus optimates & populus diversum à Pontifice regiminis statum composuerint (talem enim gubernandi formam vix orbis vidit) sed præsentiam omnium & gaudium universale non fat propriis ad hoc semper vocabulis usi scriptores exprimere voluerunt.

Qualem verò potestatem in urbem ejusque pœnaria (Longobardiam namque Italicam gladio subegerat *Carolus*, Exarchatu, Marchiâ Anconitanâ multisque *Piceni* urbibus in Pontificis, *Calabriâ* verò in fide *Græcorum* constanter subsistentibus) per

inaugurationem beneficio *Leonis* tunc inde-  
 ptus sit, id est, an jure hæreditario? ut voluit  
*Lymneus N.R.F. lib. 2. c. 1. D. Conringius de*  
*german. Imp. Rom. c. 7.* Eo quod omnia quæ  
 Bizantinus in occidenti tenuit, impertita  
 sint: an usufructuario? ita contendente *Hu-*  
*gone Grotio de jure belli & pac. lib. 2. c. 9. §. 11.*  
*cum Nicol. Martin. in libert. aquil. triumph.*  
*p. 1. c. 3. §. 7.* quia omnes sanguinis Carolini  
 & Longobardiei Imperatores, non tantum  
 à Romanis Pontificibus coronati, sed &  
 NB. confirmati fuerint, nec hæctenus ex  
 monumentis fide dignis de expressâ vel ta-  
 citâ eâque privativâ abdicatione, ita ut sese  
 politico ejus Imperio absque ulla exceptio-  
 ne subjecerint Pontifices, quidquam solidi  
 adduci potuerit: an verò solum protecto-  
 rio nomine, & tanquam Advocatus Sedis  
 Apostolicæ Imperium acceperit *Carolus?*  
 uti asserit personatus ille Italus *Severin. à*  
*Monzamb. de stat. Imp. Germ. c. 1. §. 12. & 14.*  
 idque propter formulam juramenti à *Caro-*  
*lo* Pontificibus præstiti, quodque in testa-  
 mento suo tutorem se Imperij appellitarit;  
 ego pro nunc non discutio; licet verisimili-  
 us esset

M s

us esset

us esset ob rationes à *Martini* allatas, & quod legatur testamentum *Caroli* à *Leone* Apostolico non subscriptum nudè, sed & NB. roboratum esse, Pontificem altam jurisdictionem *Carolo* cumulativè tantum, ita nihilominus ut exercitium penes hunc à priori steterit, concessisse.

Idem esto iudicium de *Ottone Magno*: extinctâ namque in partibus Italicis *Carolingorum* stirpe masculâ & excusso ibidem *Francorum* occidentalium jugo, cum *Berengarius Dux Forojuliensis*, *Lambertus*, *Ludovicus Burgundus*, *Ludolphus Burgundus*, *Hugo Arelatensis* ejusque filius *Lotharius*, nec non *Marchio Eporegiæ Berengarius* ab *Italia Longobardicâ* optimatibus *Papiae* regni illius urbe metropolitica creati Reges, usurpato Imperij axioma, ad rem quoque ipsam anhelantes, magnos *Romæ* tumultus, hinc missus, illi intentius excitassent, resque ob exteros, quam civiles motus in incerto fluctuaret, Pontifices ad jura pristina sensim devenerunt; cumque posteriores illi Tyranni *Romæ* sæpius imminerent, Pontificibus gravissimâ passim injuriâ affectis, fuit pri-

omniq̃

o m

mitus

mitus ab *Adelheide Lotharij* Regis vidua ex  
 dotalitiâ Papiensi civitate per summum sce-  
 lus dejectâ, deinde contracto quasi Tyran-  
 nidis habitu ruptoque vafallagio contra *Be-  
 rengarium* ejusque filium *Adelbertum* à  
 Pontifice accitus *Otto Magnus*, atque ob la-  
 boris operæque hostimentum primus inter  
 Reges Germanos (*Conradus* namque &  
*Henricus Auceps* erroneè à *Reinkingh*, *Be-  
 ckers*, *Hermes*, *Hornio*, alijsq; albo Cæsarum  
 inferuntur) à *Joanne XII. Alberici* patricij fi-  
 lio, acclamante nihil autem juris conferente  
 populo, Augustus Anno 962. designatus.

Redierat etenim, ut monui, urbis Impe-  
 rium ad pontifices, licet illud ob varias à *Ma-  
 rocia* & *Alberico* excitatas seditiones non sa-  
 tis tranquillè semper exercitum fuerit, sena-  
 tus populi que authoritate in Majestaticis  
 plenè nunquam emicante, adeo ut nihil sub-  
 sit, cur honor collati in *Ottonem Carolumq;*  
 à sede Apostolicâ axiomatis invideatur.

Quod verò à quibusdam asseritur, *Otto-  
 nem* in vices debellati *Berengarij* succeden-  
 tem, jure belli uti victorem Imperium obti-  
 nuisse, nihilq; à Pontifice datum, quod non

optimo jure sibi potuisset Imperator incon-  
sultis enim Romanis vindicare, omni proba-  
bilitatis specie meo quidem judicio desti-  
tuitur, cum Pontifex, ut injuriam Tyranno-  
rum arceret, pristinoque in urbem Imperio  
liberè fruere, non verò ideò *Ottonem* ac-  
cessit, ut Longobardorum semitis infi-  
stens, iisdem quibus ante molestiis sub ju-  
gum insuper missus, divexaretur, sed ut con-  
tra Tyrannos vigore conventi protector,  
non ut Tyrannus & usurpator evaderet, &  
violato societatis humanæ vinculo sub præ-  
textu amicitiae & auxilij amicum jugularet:  
factum certè à Religiosissimo sedique Ro-  
manæ addictissimo principe alienissimum.

Apagè igitur cum conjecturis istis: fuit  
namque *Ottonem* inter & Pontifices mutui  
auxilij, non subjectionis fœdus, quod illi ni-  
penitus juris in subditas sedi Apostolicæ ter-  
ras tribuere poterat, cum jus belli non nisi  
contra hostes exerceatur, adeoq; ut illo oc-  
cupata nostra fiant, requiritur ut hostium  
fuerint. *Hugo Grotius de jur. Bell. & pac. lib.*  
*3. c. 6. n. 5.* eo quod jus mutandi per vim do-  
minii odiosius sit, quam ut extendi debeat;

proinde

proinde n. 6. docet, nec omnes res hostiles  
 censi in hostium navibus repertas, nisi  
 præsumptione juris, quæ probationem in  
 contrarium admittit: quamobrem si ab ho-  
 stibus capta, ab his quorum partes fovet rei  
 captæ Dominus, recuperentur, aut alio mo-  
 do ex hostium potestate evadant, si mobilia  
 sint, statim jure postliminij fiunt domini pri-  
 oris. l. 5. & 12. ibiq; Bald. & Salicet. ff. de capt.  
 & postlimin. revers. Si verò immobilia sint,  
 fugato hoste illico ad pristinos dominos re-  
 deunt l. 20. §. 1. ff. eod. Ex qua lege infert *Se-*  
*bastian. Neviz. in remiss. ad d. l. hostibus ex a-*  
*gris amicorum & confœderatorum expul-*  
*sis dominia ad priores Dominos redire, nec*  
*prædæ loco victoribus cedere; Vnde Covar-*  
*ruvias in c. peccatum. p. 2. §. 11. n. 7. de Reg.*  
*jur. in 6. Anton. Thesaur. quest. forens. 98. n.*  
*1. c. 2. Societatis & fœderum jura non ad-*  
*mittere contendunt, ut socia arma sociis dā-*  
*no cedant, hæc enim foret leonina societas.*  
*Carpz. in jurispr. forens. p. 4. Const. 35. defm.*  
*8. & seq. ideoque Gustavus Adolphus non po-*  
*tuit, nec voluit in Megapoli, & aliis fœdera-*  
*torum conditionibus, quibus auxiliaria arma tu-*



lerat, etiam si ex ligæ Catholicæ manibus eripuisse, gentium aut civili jure belli jus obtendere: sicut nec postmodum iisdem Suecis Gallis, Anglis, Danis, vel Hispanis ex eo præcisè capite tituli in Germaniam enati sunt, quod Cæsar, & optimates pro cuiusq; status propensione & exigentia in nuper tricennali bello ad illorum subsidia prospexerint: & habet hæc maxima in super fundamentum in sacris litteris *Genes. 14. & recess. Imper. de Anno 1542. §. Wir haben uns auch*

Maneat itaque beneficio, seu secundum *Abbatem Vrßpergensem, Reginonem & Lambertum Schafnaburgensem* ab Apostolico *Ioanne Imperiali* unctioe & benedictione sublimatum *Ottonem*, & licet populus coronationi semper præsens fuerit, nihil tamen contulit, vel contribuere poterat amplius quam Clerus, de cuius itidem presentia mentio semper injicitur.

Sed his cursim tactis demus, Bizantino vel Francorum beneficio propter antiquitatem difficulter evincendo, minus justè fulciri Pontificem, non tamen ita præpropere obleviores quasdam & ridiculas conjecturas

(magis  
Leo

(magis enim prægnantibus *Leonis VIII.* constitutio jugulari potest) donationes *Ludovici Pij. Ottonis I. & Henrici* sancti aliorumque erroris infimulare licet.

Nec enim verò illa nos pro tempore angunt, cum prius in jura actoris, quam possessoris inquirere ordo naturæ postulet: evincant igitur martem spirantes illi publicistæ, qui Papam urbis Romæ usurpatorem Regibusque Teutonicis ad eam armis postliminio vindicandam nec facultatem, nec titulum deesse contendunt: probent inquam, quod extincto *Ottonum* sanguine, jus aliquod germanis ad Imperium remanserit, seu quod illud per factam in *Ottonem Magnum* tituli Cæsarei translationem, æterno ad omnem posteritatem permansuro fœdere cum sceptro Teutonico coaluerit: ego certè, ut affirmativè calculum adicerem, induci hæcenus non potui, crediderimque saniori salvo (rationibus etenim lubens cesserim) in *Ottonem* ejusque de sanguine posteròs, non verò in rempublicam jura imperii transfusa esse, cuius contrarium manifestè elicitur, tam ex verbis supposititij decreti *Leonini*, quam mente statuentis.

Nam quod illic dicitur, Pontificem primo Teutonicorum Regi, eiusque successoribus regni Italiae in perpetuum facultatem eligendi sibi successorem concessisse, de successoribus *Ottonis* hæreditariis, non electiis capiendum est, idque convenienter ad mores illius temporis, quo regna *Ottonibus* ex communi historicorum sententia iure patrimoniali deferebantur; restringitur quoque privilegium hoc in terminis terminantibus ad successores regni Italici, cui nihil cum Teutonico commune erat, nisi quod unus utrique præesset, cum legaliter evinci non possit regimen Italiae saltem propriè loquendo unquam Juris Germanici fuisse.

Nec sequior *Leonis* intentio erat, volebat enim Regem Longobardiae, nec alium habenas Romæ moderari, cum non æque Germani propter distantiam valerent uterentur ab invasionibus Tyrannorum defendere. Et hæc unica fuit ratio, quare conceptis planè verbis de regni Italici, non Teutonici mentionem fecerit: adeoque cum Longobardiâ Teutones à multis jam sæculis ceciderint,

derint, ita ut nec prætensionem ad eam quidem faciant, mirum alicui videri posset, quo demum prætextu hoc tempore respub. nostra, attento etiam, quod sæpe dicta constitutio *Leonis* non tantum pro falsa imò nulla declarata fuerit, sed etiam in defuetudinem notoriè abierit, ad Imperium urbis aspirare queat: idque, prout insinuavi, contra verba & mentem transferentis, qui *Ottonem* ejusque sanguinem ob repressam *Berengarij* Tyrannidem recognoscere voluit.

Nec est, quod propter collectos in Germania exercitus & liberatam sanguine Teutonico Sedem Pontificiam incorporatio prætendatur, quia exercitus vel ex privata regis substantia, vel ex fructibus patrimonij principatum sequentis, indubiè alius constatque fuerit, neque alias intuitu Papæ præcisè, sed primordialiter & potissimum ratione Longobardiæ, & felonix à *Berengario* commissæ expeditio posterior suscepta fuit, quo demum sopito res Pontificum per indirectum quoque in saluo locabantur: vel si argumentum hoc stringeret, ab identitate imò majoritate rationis Galli seu Franci occidenten-

cidentales, qui varias difficilesque expeditiones contra *Aistulphum* & *Desiderium* amore Pontificum primario sub Carolingis in Italiam susceperunt, eandem incorporationem, & impossibilem modo vigore legis *Salicæ* avulsionem cum *Auberio* aliisque urgere possent: Germanis insuper *Berengario* proceribus Regni derelicto exilem tempore *Otonis* resistantiam invenientibus.

Adde, quod successio in regnis hereditariis secundum incomparabilem *Grotium de jur. Bell. & pac. lib. 2. cap. 7. §. 14. & 15.* se non exerat ultra primi regis posteros, qui ob nobilitatem & præsumptivè duraturam, quæ in majoribus erat, affectionem, tacitè quoque electi censentur: unde *Curtius lib. 10.* inquit: *in eadem domo familiâq; imperij viri remansuras esse, hereditarium imperium strepem regiam vindicaturam: assuetos esse ipsum nomen colere venerarique, id capere, nuptum genitum ut regnaret.*

His similibusque merito quis induci posset, ut credat, ex concessione *Leonis* utpote personali, nil juris in urbem acquisitum fuisse, ac incorporationem seu coalitionem

Impe

Imperij cum Republ. Teutonica rei malè fundatæ inniti, nisi validiora fœdus illud evincencia depromantur; quibus nondum apparentibus editio tituli à possessore frustra urgetur. Verum concedamus amore gentis, Teutonès intentionem fundatam ex laudato sæpè privilegio habere, ergone post lapsum tot sæculorum alio insistente adhuc habebunt? deeratne Pontificibus ad similitudinem aliarum gentium *Alexandri* gladius, nodum hunc Gordium dissolvendi, & Sedem Apostolicam ab usurpatione & simoniâ Imperatorum (ita enim rem exornat *Onuphrius Panvinius*) vindicandi?

Non est igitur nunc operæ pretium pro asserendo politico Pontificis in urbem Imperio varias donationum tabulas exhibere, vel fortioribus se clypeis munire, frustra enim hæc omnia fiunt, cum sola pro mille sufficiat præscriptio, seu tot sæculorum interrupta nunquam possessio, quæ licet annos demum ab optimo & piissimo prætule *Gregorio VII.* ante *Hildebrando* (quem contra sententiam coævi *Lamberti Schaffnaburgensis*, nunquam hactenus refutati *Gretseri*,  
alio-

aliorumque bonorum mendacissimi homines (Sycophantæ calumniis nequiter proficiunt) seu *Bonifacio IX.* computaveris, semper immemoralis, adeoque nullius mutuatitij seu exterioris tituli indiga erit.

Quod si tamen adhuc illum ruditer quis urgeat, pro donato statuas; credentibus utique vicariis Christi donationem realiter intercessisse, de quorum bonâ fide alias legaliter præsumptâ, dubitabit nemo, nisi quem hæresis & inde præoccupata passio obcecavit: licet statuentibus juris inter gentes peritis horum neutrum ad transferenda regna requiratur: quis enim titulus, quæ bonafides, præter unicam à *Narsete Eunucho*, qui contumelias per *Sophiam Augustam* sibi illatas vindicare resolverat, factam invitationem fuit *Alboino* infestis armis Italiam adscitis in societatem belli *Gepitis, Bulgarijs, Sarmatis, Pannonijs, Suevis & Noricis* petenti, eâque Exarchos sive ipsos Orientales deiciendi? extollant scriptores Longobardorum regimen circa administrationem justitiæ & securitatem publicæ tranquillitatis, ita ut pro miraculo quasi censeant in regno illo-

illorum nullam fuisse violentiam, nullas omnino insidias, nullum injustè angariatum omniaq; legaliter processisse; Ego constanter teneo, factum hoc *Alboini* nullo juris colore fucari posse, & spectasse illa quidem inter subditos privatam (pro ut etiam fieri videmus à potentioribus nostræ ætatis quam plurimis, qui suis valdè justis, ac ditiones subjectas utique pro bono fisci à latrociniis similibusque societatem politicam & commerciaturbantibus purgare conantur, vicinos interim sub quavis futili & absurda cordatioribus larva tanquam minores pisciculos devorant) non publicam armorum justitiam, siquidem diametraliter contrarium elicitur ex tot tantisque in Galliam, Exarchatum, & terras Pontifici aliisque subditas factis irruptionibus & depopulationibus ad duo ferè sæcula continuatis, quas ad longum videre est apud *Anastasium, Platianam, Reginonem, Carolum Sigonium, Paulum Varnesfridum, Antonium Sabellicum* aliosque; ita quidem, ut apud *Aistulphum* illa rationis status diætaria invaluerint: sua conservare privata domus, de alienis certare regia

regia



regia laus est : ubicunque tantum honesta  
dominant licent, precario regnatur: confi-  
entia si violetur, regnandi causa violanda est  
in cæteris pietatem colas : Principi & civita-  
ti nihil injustum, quod fructuosum: quos ta-  
men Longobardos politici se per immemo-  
riale tempus ita firmasse statuunt, ut quiete  
videntes à *Pipino Carolo*ve expelli non po-  
tuissent.

Quam amabo violentiæ larvam obtendem  
*Vandali ac Visigothi Italiam & Hispaniam*  
*Franci ac Burgundi, Galliam : Picti, Scoti, Sa-*  
*xones & Angli, Britanniam magnam: Bojari*  
*ac Alemanni Vindelicum, Noricum & Rheini*  
potissima: *Hunni & Hungari Pannoniam* sub-  
latis penitus insignibus & abolito possessio-  
rum nomine invadentes? plerique extrahe-  
trocinium cum desiderio meliores quæren-  
di sedes vix aut ne vix quidem aliquid inve-  
nient: Quod si tamen ex defectu tituli ho-  
rum terras prædæ exponere liceret, nihil  
rebellionem subditorum & summam rerum  
omnium confusionē pacato orbi inferret.

Quibus consecutivè fateri necesse est  
de jure gentium voluntario præter solam di-

uturnioris temporis sapientiorum arbitrio  
definiendi possessionem, in transferendis  
Imperiis nihil desiderari, quod ipsum, ne bel-  
la ex bellis fererentur, neve plurimarum di-  
tionum dominia essent in incerto, commu-  
ni ac tacito moratorum saltem gentium  
consensu constitutum est: *Lacones* apud *Iso-  
cratem* ponunt pro certissimo, & apud gen-  
tes confesso, quod possessiones publicæ non  
minus ac privatæ longo tempore ita firmen-  
tur, ut revelli nequeant: unde *Iephthes Ammo-  
nitarum* Regi in sacris litteris iniquam oc-  
cupationem terrarum inter *Anonem & Iaco-  
bum* & ab *Arabum* desertis ad *Jordanem* si-  
tarum causantem trecentorum annorum  
possessionem objecit, quodque illius mayo-  
res tanto tempore cessaverint: *Cicero lib. 2.  
de offic.* inquit: *quam autem habet equitatem,  
ut agrum multis annis aut etiam seculis pos-  
sessum, qui habuit, amittat?* *Tacit. lib. 6. an-  
nal. vetera reposcere vaniloquentiam vocat:*  
hanc opinionem, quod memoriã excedens  
non interrupta, nec provocatione ad arbi-  
trium interpellata possessio controversias  
de regnis

de regnis penitus euacuet, in terminis proponit Seldenus in *mar claus.* l. 1. cap. 26. contra *Vasquium* *controv. illust.* lib. 1. cap. 51. §. 23. Omnia fere, inquit, *juris gentium* *interveni-*  
*entis* capita ex *prescriptione* seu *inveterata*  
*consuetudine* *annoso* *utentium* *consensu* *stabi-*  
*lit* *pendent*, ut taceamus de *Principibus*, *que-*  
*rum* *Territoria* olim *Romano* *suberant* *Impe-*  
*rio* *postea* *non* *armis* *solum*, sed & *prescriptio-*  
*ne* *que* *in* *jure* *gentium* *passim* *admittitur*, *in*  
*juris* *factas*, & paulò post: & *prescriptione*  
*sane* *titulum* *prorsus* *inter* *Principes* *negari*  
*est* *ipsa* *jura* *gentium* *interveniencia* *proferri*  
*tollere*. Videatur *Hugo* *de* *Roy*, de eo quod *juris*  
*stum*. lib. 3. tit. 2. n. 4.

Et quamvis hæc omnia verissima sint, ut  
 ut de illis non nisi insipidus scrupulum in-  
 cere queat, faciunt tamen nostri publici  
 in Papa exceptionem; in hoc sat arroganter  
 quasi penes misericulos illos staret, à benefi-  
 cio *juris gentium*, quos vellent, semotos  
 profecto ridiculi sunt, his titulum à Pontifi-  
 ce, illis mox bonam fidem desiderantibus  
 cum proximè ostenderimus utrumque ad  
 esse, nec ullum tradente in superi *Martini*  
 libert

libert. aquil. triumph. pag. mihi 23. aliisque  
requiri.

D. Conringius vir in omni scibili versatissimus, in discurs. histor. polit. de Imperat. Rom. germ. fol. mihi 292. & 306. candidè quidem fatetur, à quadringentis jam annis Cæsares, seu propriè loquendo Reges Germaniæ Juribus in urbem, cæterisque Imperii veteris reliquiis totaliter cecidisse superstitè tantum inani Imperatorio nomine; sed exulceratum suum erga Summum Pontificem animum, sicut alibi, ita in tract. de Germ. Imp. Roman. circa fin. eximiè prodit, erigitque quasi tribunal, coram quo miser Pontifex causam dicere, cæterisque titulis nuntium prius mittere debeat, quam D. Conringio placeat illius possessionem disputare: sed pace eius dixerim, vix est, ut unâ sagittâ internecioni datus plures ex pharetra depromi expetat, ac si unicum intentans remedium ante litis contestationem aliis ad eundem finem tendentibus pro elicienda responsione conventi renuntiare protinus actor teneretur; si tantum huic unico D. Conringius satisfecerit, de aliis postmodum cogitabimus sufficienti-

N

entif-

entissimè evicturi, justè Papam sua possidere, & forsàn multo iustius quam abstrahendo à conventionibus de iure tertii potissimum initis, & in foro exteriori (an poli decretorius ille dies dabit) prætenu boni publici subsistentibus, plurimi raptores Ecclesiasticis contra intentionem fundatorum incumbunt.

Rem tamen ipsam præmissis hisce curi- libus immediatè post aggreditur, supponit- que, quod probandum erat, ab Imperatori- bus hoc & præterito sæculo disertè in iura urbis reclamatum, & legales desuper prote- stationes interpositas fuisse; quamvis nec illæ justitiam possessoris de jure gentium tur- bidam faciant, minus verò privati scripto- res, qui de prætensionibus regnorum hinc inde servientes loculis & passionibus aliq- ue evulgarunt; indubitatum ceteroquin erit, nulli- ferè hodie dum detentionem pro legitima- censendam, sed omnes hujus orbis terras controversiæ & litibus obnoxias esse, cum- nulla sit exilis adeò, quæ mutationi statui- contradicentem, & ejecti defensore non- habuerit.

Agant igitur secundum turbulenta hæc capita gentes à Romanis subactæ contra victores : Augusti contra Angliam, Galliam, regnum Arelatense, Hispaniam aliasque in Asia & Europa avulsas imperio provincias. Iberi contra Hierosolimitanos: agant Reges Daniæ ut Duces Holsatiæ contra civitatem Hamburgensem, cujus cives olim in litteris *gehüldigte Erb Vnterthanen* vocati: Duces Sabaudia ex jure *Ludovici Sabaudi Carolotam Joannis* ultimi Regis Cypri sororem ducentis contra insulam detinentes *Turcas*, seu potius *Venetos*, qui illâ per adoptionem *Catharina Cornaria Jacobi nothi* uxoris potiti fuerant: Reges Angliæ contra Daniam ratione transitus angusti maris vulgo *den Sundt*; Austriaci ex jure *Maximiliani I. Mariam Caroli Andacis* filiam sibi copulantis idque contra insistentem ducatu Burgundiæ Gallum: Poloni ex jure *Sigismundi, Joannis III* Sueciæ Regis filij contra Suecos: Pontifex contra Arragonenses ad exsolvendam à *Petro II.* contra Hungaros à *Ludovico II.* contra Lusitanos ab *Alphonso I.* contra Anglos cum consensu procerum regni

gni promissam à *Joanne* sedi Apostolicæ petitionem annuam: agant Imperatores contra Helvetos, & Hispani contra Hollandos du-riorem gubernatorum procedendi modum & putativam conscientiae libertatem (quasi penes subditos staret, hunc illumvè superos colendi modum legi divinæ conformem statuere) futiliter obtinentes: Agant iidem ex jure *Isabella* contra familiam Bragan-tinam homagio sibi obstructam; Duces Pa-mentes deficientibus *Joannis & Ludovic* lineis contra ejusdem familiae modernum Portugalliae Principem *Petrum* ex jure pri-mogenitæ *Eduardi* filia: Lotharingiae ante annum à Gallis avito etiam ducatu exuti du-ces ad repetendum sceptrum Gallicanum contra Capetingos ex jure *Caroli*: Angli con-tra eosdem occidentales Francos ad vindicandam Nortmanniam, Aquitaniam & ducatum Andegavensem ex jure *Eleonora*, ve-totum etiam regnum ex jure *Isabella* sororis *Caroli Pulchri*: Iidem Franci contra Hispanos ex jure *Ioanna uxoris Ant. Borboni* Patris *Henrici IV.* ad recuperandum Navarra: ad Neapolitanum regnum ex jure *Ludovic*

XII. per *Ferdinandum Catholicum* ductu  
*Consalvi Cordubæ* contra fœdus ejecti: ad du-  
 catum *Mediolanensem* verò ex jure *Ludo-*  
*vici Ducis Aurelianensis* *Valentinam Galea-*  
*rij III.* filiam ducentis: Agant denique sua so-  
 ribus inquieris hisce ingeniis Teutones no-  
 stri, contra Hispanos aliosque Italiae regu-  
 los, Longobardiae sub *Ottone* Germanorum  
 sanguine occupatae nunc inhærentes, idque  
 ad recipiendam coronam argenteam, au-  
 ream si non digniorem, saltem delictiorem  
 multo & pinguiorem.

Hæ præfecto prætensiones suos semper  
 & habuerunt patronos & etiamnum habent:  
 in societatem tamen publicam summè inju-  
 rius fuerit, qui ejusmodi possessores pro u-  
 surpatoribus venditarit, liberum asserens  
 antiquis rerum dominis, insuper habitis  
 conventionibus quasi per vim extortis, eas-  
 dem postliminio armis vindicare: prout talis  
 farinae tractatum nuper *Auberius* Parisien-  
 sis, malæ causæ pejor advocatus extrusit, in  
 quo ex somniata quadam Imperij sub *Ca-*  
*rolo Magno* in coronam Gallicanam trans-  
 fusione seu incorporatione (quæ vigore le-  
 gis



gis Salicæ ab Anglis tamen pro plus quam  
 anili fabula habitæ, & exteros nullatenus ob-  
 ligantis, dismembrationi obstitisset) Impe-  
 rium seu potius regnum Germaniæ Gal-  
 suo adscribere & incidenter Augustissimo-  
 rum Germanici nominis Imperatorum, po-  
 tissimum verò ratione prædix in possessio-  
 rio jam dudum & petitorio evicta, potentil-  
 finorumq; Imperij Germanorum-Roma-  
 ni procerum dignitatem & jura impudenter  
 conculcare non est verecundatus: cum ve-  
 rò ille sui que sequaces in hoc genere mer-  
 cenarium ordinariè calamum habentes cu-  
 rialibusque offis inhiantes modicum fidei  
 apud cordatos hæcenus repererint, mirum  
 est, cur in causa hac Romana adeo cæcitate  
 queant viri, in quibus præter lumen veri-  
 tatis fidei nil desideres.

Quod si nihilominus statuente D. Co-  
 rringio atrocissima propter urbem gestata  
 bella, multumque sanguinis sparsum, fecerit  
 Apostolicâ interim possessionem armis vi-  
 riliter propugnante, quid impedit, quomodo  
 nus dicamus tenere Pontificem sua jure be-  
 li, titulo ab omnibus gentibus probatissimum

mo? quamvis nec legatur expeditiones in Italiam à duobus & ultra sæculis præcisè ad repetendam urbem susceptas esse, quandoquidem *Carolus V.* eam per *Borbonium* vastavit, non tanquam jura veteris jam dudum extincti Imperii vindicaturus, sed quia *Clemens VII.* se *Francisco I.* junxerat, *Caroliq;* hostis ex condicto esset, testantibus hoc prioris ævi scriptoribus ad unum omnibus.

Nec multo subtilior est *D. Martini in civitat. tractat. de libert. aquil. triumph. pag. 178.* possessionis in civilem & naturalem distinctio: quasi hæc, non illa fuerit penes Pontifices; certè si per civilem intelligat illam, quæ quis rei insistit animo sibi habendi, infulsum foret, eam Sedi Apostolicæ negare, quam sibi, & cui quæso alias? Juris & belli Canonibus generosè hæcenus firmavit, Romanosque sicut olim, ita adhuc hodiè, cum cæteris conditionibus Exarchatu videlicet Ravennatensi, Marchia Anconitana, ducatibus Ferrariæ, Urbini, Perusii, Bononiæ, comitatu Avenionensi & Benevento Monarchicè & absolutius forsan, quam Cymbrorum Princeps, hoc est plenissimè, & independentè à

quovis alio gubernat: cumque hoc lippis & tonforibus obvium sit, quis non admiretur hanc affectatam deviorum aut ignorantiam aut malitiam.

Quod autem in vetustiori quodam ceremoniali reperitur, oratum tunc temporis fuisse pro Imperatore, cum additamento hoc, *suo aut nostro*, nihil relevat; cum liber ille vel ad priora tempora respexerit, vel placuerit forsitan, verbis antiquiorum rituum haud abolitis preces fundere pro incolumitate Imperatoris tanquam jurati Sedis Apostolicæ advocati, non Domini; miserumque sit externo verborum cortici inhærendo ex ceremonialibus probationes desumere, dum omnes Majestatis notas penes Pontificem jam ab immemoriali tempore resedisse, atque etiam nunc residere constat, nemine quidem (exceptis passionatis quibusdam scriptorculis) contradicente: Inauditum quoque sit, Sedem Apostolicam confirmationes donationum hoc & priori sæculo à Cæsaribus sollicitasse: vel si id semel fortè contigerit, id certè securitatis non necessitatis fuit: & alias illud non in evidens argumentum suppeditat Augustus

à prima statim confirmatione Juri in urbem penitus renuntiasse, ut vel hinc etiam nova possidendi causa papis exurgere videatur.

Quod vero de permiffa Augustis equitum auratorum & sacri palatij Lateranensis comitum creatione adjungitur, parum urget, vix enim crediderim prioritate vel nota ab Imperatoribus vigore supremæ potestatis & regalium Romæ sibi competentium, comites vel equites illic creatos esse; aut si quid eiusmodi olim contigerit, illud vel ante *Hildebrandi* forsan tempora factitatum, vel Cæsaribus extra sphaeram jurisdictionis Romæ præsentibus tanquam amicis precario, quoad unum alterumvè actum concessum fuerit.

Nec est, quod superstiri adhuc Imperatoribus juri accipiendi Romæ coronam quis innitatur; quandoquidem curia Romana (si per coronationem illam Imperium urbis Romæ inferri velit) aliud cantet: cæperitq; inauguratio Pontificalis, jam ultra *Maximiliani* tempora, at instar illius, quâ hodie, electus Roman. Imperator à Coloniensi & Moguntino alternativè, Galliarum à Rheimensi,

mensi, Bohemiæ à Pragensi, Angliæ à Cantuariensi, Poloniæ Reges ab Archiepiscopo Gnesnensi inunguntur, solum esse de extrinseca solemnitate, ut difficulter penetrari queat, quid ex his cærimoniis juris & privilegij, quod etiam à *Carolo V.* spretum videntur ivisse Cæsares, prætendi velit: nolim tamen hic discutere, an in præjudicium juris pontificibus dudum quæsitum, coronatio illa aboleri potuerit, quæ tempore Carolingorum, Longobardorum, Ottonum &c. de essentia fuit; utpote vi cuius illi, qui antecesserunt Galliæ, Longobardiæ, & Germaniæ Reges, postmodum Imperatores dicebantur, successione apud Carolingos & Ottonianos jus ad rem solummodo conferente; quamvis non ignotum sit, Imperatorum viduas eorumque minores adhuc Reges, Juribus Cæsareis imperfectè & minus legaliter quandoque usos fuisse.

Si verò *D. Martini* civilem in alia significatione capiat, quasi sit idem, quam possidere rem titulo legibus approbato, rursus in applicatione fallitur, tam quod justissima Pontificis causa superius attracta sit, quam quod

quod demonstratum fuerit, ad immemorialem possessionem (quæ petitorium quoque absorbet) nec de privato nec publico gentium jure ullum titulum requiri.

Sed quid pluribus: sufficiat Pontifici ad Europæi orbis consensum provocasse, cum Imperatores, Veneti, Hispani, Sabaudi, Galli, Reges septentrionales aliique Principes & Respublicæ, illum pro sæculari monarcha non solum agnoverint hæctenus, verum cum eodem, quatenus ratio status ferebat, fœdera insuper pepigerint, quod unicum teste Hugone Grotio de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 4. §. 4. rem totam absolvit.

Et hæc quidem obiter de Jure Sedis Apostolicæ: quod si verò inciderit quæstio facultatis, cum hujus illiusve scrinia non expilarem, nescio equidem, quid circa invasionem urbis Romæ hisce vellætoribus etiam conjuncturis, quis sibi polliceri queat; attento quod Pontifici nec provinciæ, viri, arma, civitates, fœdera, & nervus bellicus in castello S. Angeli & alias, pro necessaria sui defensione desit: ut quis non ad eò facilè clavum de manu Herculis excutiat; sed nec status Ita-

liæ patiatur, quemquam intra viscera admittere, qui Regulos illos, & minutiores Regulas publicas paulatim in ordinem redigere possit.

Potestatem proinde temporalem Pontificiam Catholici longè majorem & fuisse & esse optarent: neque enim, si illa major fuisset tot hæreses invaluissent & radicem misissent. *Quin nec Augustana confessio Pontifici seu Summo Episcopo ait Carpzovius in sua Jurisprudentiâ Consist. definit. 2. lib. 1. tit. 1. politicam & temporalem in patrimonio S. Petri denegat potestatem: modo ea cum potestate Ecclesiastica haud confundatur, quæ & ipsissima mens fuit Philippi Melancthonis, Martini Buceri, Caspar. Hedionis, Martini Frechti aliorumque Theologorum protestantium &c.* Hæc Carpzovius longè aliter, quam Reinkingh, qui si hisce temporibus vixisset longè alia & meliora principia, tam in politicis quam Ecclesiasticis inadæquatè sumptis à D. Conringio aliisque didicisset.

## PROPOSITIO XIII.

*Pontificij continuam summorum Pontificum à S. Petro usque hunc successionem probare nequeunt.*

**I**Ntenderam hic appendicem refutatoriam concludere, sed violenter me quasi adponendam præinductam propositionem coarctat *Reinkingh*, figmento etiam apud suæ Religionis pro tali æstimato, cupiens successione (quàm pro vera & indubitata Ecclesiæ nota habent Romanenses) unico quasi ictu evertere: *Interruptionis argumentum* inquit *lib 3. class. 2. cap 3. num. 10. præter NB. sexcenta alia, exemplum satis esset sufficiens Joannis Papæ meretricis, &c.* Ecce insignem & in fingendo poëtam & in hyperbolisando oratorem, qui sexcenta figmenta uno gravissimo mendacio se satis efficaciter probare posse arbitratur. Figmentum enim & mendacium esse id, quod Hæretici & aliqui etiam Catholici de Papissa *Joanne*, qui *Leoni IV.* Circa annum 853. successerit, & Ecclesiam

N 7

clesiam



clesiam annis duobus, & mensibus aliquot  
fœmina cum esset virum se simulans rexit  
& sub finem Pontificatus in publicâ aliquâ  
processione peperit in plateâ sentiunt: argu-  
mentis paucis, sed efficacibus ex *P. Gassari  
Schotti, Societatis Iesu Physica curiosa lib. 3.  
cap. 18.* breviter demonstrare placuit.

Primus hujus figmenti Author fertur fu-  
isse *Marianus Scotus Monachus Fulden-  
sis in Chron. suo* ad Annum Christi 853. &  
854. natus est autem hic Auctor Anno 1028.  
vixit uque ad 1086.

Secundus fuit *Sigebertus Monachus Gem-  
blacensis*, qui vixit tempore *Gregorij VII.*  
licet etiam nonnulli ex sectariis scilicet *Ca-  
luisius Besoldus*, *David Blondel* & quidam  
*Anonymus* hujus postremi Authoris Exem-  
plaria impressa esse corrupta ostendant; ni-  
hilque ea de re in varijs antiquis manuscri-  
ptis reperiri.

Tertius *Martinus Polonus* ad Annum  
Christi 855.

Quartus *Babstia Platina* in historiam de  
vitis Pontificum ad Joannem Octavum.

Quintus *Auctor fasciculi temporum* ad  
An. Christi 864. Sextus

Sextus Jacobus Philippus Bergomensis ad Annum 800. qui afferit dæmonem in publico consistorio prodidisse partu hifce verbis.

*Papa Pater Patrum Papissa pandito partum.*

Octavus Centuriatores Magdeburgici Centuria 9. c. 10. col. 500. ubi de Joanne VIII. ita scribunt.

*Sacrificus quidam Anglicus, uxorem seia scortum gravidum secum duxit Moguntiam. Cum autem isthic esset, venit dies partus ejus, & peperit filiam, cui nomen Gilberta inditura est. Contigit autem illi ingenium amplius, quam pro muliebri natura. Quare in ipsa etate adolescentia apud aliquem hominem eruditum educata, literas didicit, ac in cœnobium Fuldense, sexum mentita, à Monacho quodam ejus rei non ignaro introducta est. Vbi cum inter amplexus ejus habitu monastico non diu latere posse videbatur, peregrinationem ille Athenas discendi gratiâ instituit, ac Gilbertam quasi juvenem secum abduxit. Ibi autem inter homines doctos versata, operam litteris egregiam navavit, ac latine & græcè didicit, ac disputandi solertiam sibi comparavit. Mortuo*

aliquo  
rexit  
à aliqu  
at: argu  
Gastri  
sa lib. 3  
rtur fu  
Fulden  
853. 8  
01028  
us Gem  
rij VII  
cet Ca  
quidam  
Exeme  
nt; ni  
nuscrit  
Annun  
ortâ de  
tm.  
nm ad  
Sextus

isthic suo amatore seu marito, Romam abiit,  
 ac pro homine Anglo suscepta, in scholis seu cœ-  
 nobiis docere cœpit; ac sua eruditione, & dis-  
 putandi promptitudine in magnam auctori-  
 tatem & existimationem venit, adeoq; sibi ho-  
 minum favorem conciliavit, ut Leonis, com-  
 muni Cleri & plebis suffragio, ac Imperatorum  
 consensu Pontifex crearetur, & Joannes Sep-  
 timus (ut Sabellicus vult, aut octavus, ut Pla-  
 tina) vocatus sit, Anno Domini 853. juxta  
 Martinum, aut 854. juxta Sigbertum. De  
 necromantia scripsit librum unum. Baleu-  
 Centuria 13. cap. 10. In officio aliorum Pontifi-  
 cum more contulit sacros ordines presbyteros &  
 diaconos ordinavit, Episcopos consecravit, Ab-  
 bates constituit, missas celebravit, & altaria &  
 templa consecravit, sacramenta administra-  
 vit. Regna hujus Mundi, & gloriam ejus usur-  
 pavit; nam pedes suos aliis exosculandos præ-  
 buit. Lothario in Prumiense cœnobium recon-  
 dito, Ludovico filio ejus regni sceptrum & coro-  
 nam solemniter contulit. In quo re ipsa im-  
 pletum est, quod Apocal. 17. scribitur de regi-  
 bus meretricem Babylonicam adoraturis, &  
 potestatem ab ea accepturis. Chronicon Saxo-  
 nia

nia Anno Domini 856. Ab Ethelwolpho anglorum rege tributum, ac munera alia accepit. Romane Ecclesie privilegia non nisi centum annorum prescriptione tolli posse decrevit, ut aliqui scribunt. Libidinis sub sanctitatis & castitatis velamento horrendas exercuit, quas DEVS mirabili modo patefecit, ut ejus, & aliorum Pontificum, quorum viva imago in hac meretrice expressa fuit, turpitudine omnium piorum oculis esset exposita. Nam libidini tam diu indulgit, donec à Cardinale domestico, qui solus scribitur cum ea rehauisse (sed quis facile credat, illam procacem pellicem uno contentam fuisse?) impragnata, uterum quidem occultavit, sed DEI iudicio, & singulari providentiâ, cum ex Vaticano in processione solemnè Lateranensem basilicam inuiseret, inter Neronis Colosseum & Clementis fanum, abortis repente partus doloribus, enixa est, & eo loci defuncta, cum annis duobus, mensibus quinque, & diebus quatuor, meretrix in sede Petri vicarium Antichristi egisset, anno Domini 857. sine honore pontificio sepultus est, & ex catalogo nomen ejus reiectum, ac cautum est, nè Pontifex per illam plateam in Latera-

tera-

teranensem basilicam eat: & ut in sella Petri  
sedentis novi Pontificis virilia a Diacono ex-  
plorentur attactu, & exelamatione. Habet, ha-  
bet. Qui quidem mos hodie abolutus esse dici-  
tur, quia non opus eo sit, cum pellices, concubi-  
nae, & spurij ea dere certissimum dicant testi-  
monium.

Præter hos sunt adhuc plurimi alij, quos  
citatur hic supra memoratus Gasparus.

Verum partem negativam tenent Ono-  
phrius Panvinus in Annotationibus ad Ple-  
tinam. Florimundus Remundus in tract. de  
hac re. Cardinalis Baronius ad Annum Chri-  
sti 854. & 879. Longus in breviario. Bellar-  
minus lib. 3. de Rom. Pontif. cap. 24. Possen-  
nus in apparatu sacro. Joannes Bernartius de  
utilitate legend. histor. Joannes Gregorius Her-  
wart in Mantiffa contra Bzovium part. 5. fol.  
30. Miræus Annal. Belgicor. fol. 350. Majorana  
in diebus Canicul. colloq. 3. Serarius lib. 1. de  
guntie. Petavius par. 1. rationarij tempor. lib.  
8. cap. 10. Joannes Stalennus in papiffa Monstro-  
fa. Justus Lipsius Epist. ad Franciscum Sweder-  
tium. Quibus, qui omnes Catholici sunt, ad-  
dit septem alios ex Sectarijs.

Sed figmentum & fabulam esse aliquando Papissam fuisse, sive Papam, qui fuit femina probatur tribus ad Hominem argumentis.

Primum est ex discordia scriptorum desumptum: Si enim quæras, *cujas ista Papissa fuerit?* Resp. Falciculus temporum, Bocacius, Baleus, Anonymus contra Jesuitas, Curio fuisse Germanam. Joannes Marius, fulgosus Jacobus Bergomensis, Joannes de Marconville, Joannes Stella, Ostwaldus Crellius Achilles, Gassarus Zyvingeus, Sebastianus Franci fuisse Anglam, Bibliander fuisse in Angliâ non natam, sed educatam: utrumque negat Franciscus Junius solum dictam Anglicam à familia Engels asserit Grimmius.

Si quæras, *quæ fuerit ejus patria?* R. Platina Cranzius, fasciculus temporum, Bocacius, Richardus, Wassenburgicus apud Wolphitum, Anselmus Rydt Sabellicus, Primeus, Carion, Baleus, Stifelius Moguntinam, Martinus Polonus Margantinam, Conradus Deckerius Engelheimensens ex diœcesi Moguntinâ, aut Palatinatu Reineccius Patriam incertam esse.

Si

Si quæras, quod ei nomen? Resp. Cruciger apud Grimmium, Balæus, Curio, Annale Augustani, Bocacius Gilberta Joannes Hult Fulgosus, Stifelius, Munzer, Luther<sup>o</sup>, Agnes Petrus de Messia, Joannes de Marcoville, Joannes vel Joanna; Chronicon Colonienle Germ. Jutta, Germani quidam Isabella, Martinus Polonus & alij nomen ejus nescitur.

Si quæras quæ ejus vita? Resp. Magdeburgenses Meretrix fuit. Contarenus Cruciger tam veneri, quam liberalibus artibus operam dedit. Balæus Maga fuit. Zvvingerus Theodoricus de Niem continens fuit dum studuit, ac ob laudatos mores Pontificatum meruit.

Si quæras ubi studuerit? Martinus Polonus, Platina, fulgosus, Zvvingerus, Balæus Athenis, Schorembergius Parisiis. Bocacius de Niem. Contarenus, Bergomensis in Angliâ & ex Angliâ venit Romam.

Si quæras quando factus Pontifex? Resp. Antoninus ex Martino Anno 850. Rhodiginus Anno 851. Petrus Messia, Joannes Stella, Joannes de Marconville Anno 852. Sigebertus corruptus, Marcus Guazzo, Balæus, Leander An. 854. Anonymus de Joanne octava

contra

Jesuitas Anno 853. Nauclerus, Curio, Anno  
856. Bergomensis, Casparus Francf Anno  
858. Franciscus Rosieres Anno 883. Thrithe-  
mius 1120.

Si quæras sub quo Imperatore factus Pon-  
tifex? Respond. Chronica Vlmæ impressa  
sub Arnolpho, Anonymus, Munzerus, Rio-  
che & alij sub Lothario Ludovici Pij Filio,  
Primæus sub Ludovico secundo.

Si quæras cui Pontifici successerit? Resp.  
Catalogus adscriptus Joanni Frisingensi Jo-  
anni Sexto, Martinus Polonus Leoni Quar-  
to, Bocacius Leoni Quinto, Scherenberger  
Stephano Quinto, Martinus Prædicator For-  
moso, Grimmus & alij Benedicto Tertio, Ro-  
sieres Martino, Egmondanus Sergio.

Si quæras quod ei in Pontificatu nomen?  
Resp. quidam apud Polonum Benedictus  
Tertius, Nevizan, Fulgosus, Bergomensis &  
alij Joannis Septimi, Platina, Bocacius, Stella,  
Agrippa, & alij Joannis Octavi, Mairnixius  
Joannis Noni.

Si quæras quot annis sederit? Rosieres  
uno & diebus quatuor, scriptor quidam Gal-  
lus uno & mense uno, Rydt duobus, Marius  
Guazzo



Guazzo duobus & mense uno, Marcoville Schedel duobus mense uno & diebus 4. Riche duobus annis & mensibus, Beroaldus Amandus, à Zierixia, Tritemius, Palmerius, duobus & mensibus tribus, Beroaldus, Antoninus annis duobus, mensibus tribus, & sex diebus, Bergomensis Stella Franck, Ranulphus, duobus & mensibus quinque, quibus addunt Chronica Hollandica dies octo, Occam duobus annis & mensibus septem, Steenhoven annis tribus & mensibus octo.

Si quæras à quo imprægnata? Resp: Chronica Suevica, Balæus, Ranulphus à Domestico Cardinale, Annales aquitania à Domestico præfecto, Babilista Mantuanus à stabuli Prefecti præfecto, Antoninus, Palmerius, Bergomensis, à familiari & consueto amasio, Platina, Sabellicus, Rodiginus, & alij à seruo domestico & cubiculario.

Si quæras ubi & quando peperit? Respond. Balæus Fulgosus, Bocacius, in publica processione, Scherenbergius in solio Papali & Alala, Chalcocondylas inter ipsa sacrorum mysteria, Bocacius post missam celebratam. Quidam penes portam Petri & Pauli. Chronica Hollandica

Hollandica circa Ecclesiam Clementis. Egmondanus dum equitaret, de Niem prope templum pacis.

Si quæras ubi per venerit post partum? Resp. Bergomensis, Antoninus, Platina, Stella, & alij obiit in viâ publicâ, & in ipsa processione & ibidem sine honore sepulta, Sebaltianus Franck in templo diruto S. Clementis, Zyvingerus perijt ex Ianiculi monte Amburbiale sacrum celebrans. Rabbi Abraham, Zacu apud Griminium fuit expulsa, Bocacius non perijt in via, sed supervixit retrusa in carcerem Tullianum, & perijt in insulis.

Si quæras quid factum de puero quem peperit? Resp. Bergomensis, Stella, Marconville, Franck, Anonymus, perijt statim in ipsâ viâ, Bocacius perijt post carcerem in insulis, Rabbi Zacu occisus est matre expulsa, Junius superstes fuit aliquot Annis.

Si quæras an ob hoc sedes perforata fuerit facta? Resp. Massæus, Chalcocondylas, Bergomensis, Stella, & alij, factam ut Pontificum Electorum sexus probetur, Platina, Sabellicus, Marconville, & alij ut in altiori statu constitutus Papa admoneatur communis & mortalis naturæ,

natura, Junius ista sedes si qua fuit, penes Authores sit fides.

Hæc tanta & tam evidens Authorum circa facti circumstantias discrepantia, arguit merum figmentum esse sceminam aliquando fuisse Papam. Cui accedit argumentum secundum ex altissimo silentio scriptorum antiquorum de illa re: nam ab Anno 853. usque ad 1285. quod *Martinus Polonus* de ea re scripsit primus, nullus nec amicus nec inimicus Romanæ Ecclesiæ, qui tamen multi & magni tunc fuerunt maxime Græci, pro certo adferri potest, qui vel apicem de illa rescripserit: nec quisquam scriptorum ante *Lutherum* altius ascendit quam ad dictum *Martinum* quadringentis annis ficta Papissa posteriorem: quamvis Adversarij aliqui contentur primum Authorem facere *Marianum Scotum* ducentis annis & *Sigbertum* trecentis annis Papissa posteriorem, sed illorum exemplaria esse corrupta non solum plures Catholici, sed & sectarij, ut *Calvisius*, *Besoldus*, *David Blondel* & *Antonius* testantur.

Tertio

Tertio falsitatem hujus historiae arguit vera Chronologia annorum *Leonis IV. Benedicti III. Nicolai I. & Adriani II.* Inter quos nullus Papa intercedere potuit, uti fuse distinctissime & doctissime deducunt *Ioannes Stalenus Catholicus & David Blondel A Catholicus.*

Ecce quam efficaciter exemplo Papissæ *Joannis meretricis* probet *Reinkingh* sexcenta à se allata figmenta, & evertat successionem summorum Pontificum à *S. Petro* usque ad modernum *Clementem X.* in qua tantopere gloriantur Pontificij. Sed sufficienter putem probatum id quod de Papissa hucusque quidam tam A-quam Catholici ab invicem vel ab uno seducti & decepti adduxerunt figmentum esse: Quod si jam aliquis ex adversariis *D. Reinkingij* partes in sexcentis illis exemplis adducendis suscipere dignetur, rem gratam papistis faciet, nec deerunt illis argumenta validiora quibus ea evertant. Quibus hanc ad primum Decalogi præceptum appendicem finio & ad secundum transeo.

O

Arti-